

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Siricius Samuel Nicolaus Wagner

Disputatio Theologica De Quaerenda Semper Gloria Dei

Rostochi[i]: Richelius, 1681

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737567325>

Druck Freier  Zugang



RU theol. April 1681

Siricius, Mich.

Michælis Sericis

1/ De quaerenda semper gloria
Dei, Rost. 1681.


2/ Praeceptio poenitentiae, ibid. 1682.

3/ Victoria Veritas, contra Windyium.
ibid. 1684.

88

2/ + 3/ nicht vorhanden

7.7.82



כעורה אל שדי

DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
QUÆRENDA
SEMPER GLO-
RIA DEI,

Quam

Consentiente Veneranda THEOLOGICA
FACULTATE

In Illustri Academia Patria
PRÆSIDE

*VIRO Summe Reverendo; Amplissimo,
Excellentissimo*

DN. MICHAELE
SIRICIO,

S. S. Th. D. ejusdemq; Pro-
fess. Publ. Ordin. Confistorii Sereniss. Du-
cum Megapol. Assessore & Diæceseos Rostochianæ
Superintendente gravissimo Fautore & Promo-
tore suo ætatem colendo, de-
fendet,

In Auditorio Major. d. April.

SAMUEL NICOLAUS Wagner/
Rostoch.

Rostochi, Literis RICHELLANIS, Anno 1681.



VIRO

*Plurimum Reverendo, Clarissimo,
Doctissimo*

DN.

M. MICHAELI
WAGNERO,

*Ad D. Jacobi & S. Crucis Ecclesiastæ
meritissimo.*

Parenti suo, summo Filialis
amoris & observantiæ cultu
devenerando,

*Paginas hasce, in Perenne obseqvii & amoris
argumentum Paterniq; affectus majus
incitamentum*



Dicat, dedicat, offert,

RESPONDENS.

Theses Anti Pontificiæ de

Scriptura Sacra.

Thesis Prima.

APPELLATIO SCRIPTURÆ S. TRIBUTA QVAN-
DOQVE IN ANTIQVITATE ECCLESIASTICA
LIBRO CODICIS BIBLICI APOCRYPHO, NON
STATIM PROBAT CANONICAM EJUS AUTORITA-
TEM CONTRA BELLARMINUM.

Thesis Secunda.

SCRIPTURAM S. ESSE VERBUM DEI ARGU-
MENTIS INVICTIS CONTRA ENTHUSIASTAS PRO-
BARI POTESIT: UNDE PECCANT EX PONTIFICIIS
ILLI, QVI DICUNT VERBUM SCRIPTUM, SI VERE
& PROPRIÈ VELIMUS LOQUI, NON ESSE VER-
BUM DEI: CONTRA HOSIUM & MELCHIO-
REM CANUM.

Thesis Tertia.

NON EST ALIUD ATQVE ALIUD, & QVIDEM
REALITER DIVERSUM VERBUM DEI, SCRIPTUM
& NON-SCRIPTUM, SED UNUM IDEM QVE EST
VERBUM DEI, QVOD PRIMUM VIVÂ VOCE
PRAEDICATUM, POSTMODUM A SANCTIS DEI
VIRIS INSTINCTU SPIRITUS S. IN SCRIPTURAS
RELATUM FIDEIQVE FACTUM EST PRINCIPIUM
& FUNDAMENTUM, CONTRA CONCIL. TRIDEN-
TIN. BELLARMIN. ALIOSQVE.

Thesis Quarta.

OMNIA, QVÆ CONTINENTUR IN SCRIPTU-
RÂ S. SUNT DIVINITUS INSPIRATA, ITA UT A *θεο-*
μενίσις

meusia excludi non debeant verba, non etiam res levioris momenti: ut etiam re-jicienda prorsus sit sententia de accom-modatione rerum ad fidem & religio-nem non pertinentium ad sententiam vulgi erroneam, contra Bellarm. Suare-sium Sixt. Senens.

Thesis Quinta.

Distinctio librorum Codicis Biblici qvoad V.T. in Canonicos & Apocryphos retinenda est, cum habeat insignem suam utilitatem: Qvamvis determinata libro-rum Canonicorum notitia non sit simpli-citer & præcisè necessaria, ita ut statim omnis circa hanc materiam error sit sta-tuendus fidei eversivus, contra Bellarm. Baron. & Sixtum Senensem.

Thesis Sexta.

Canonica & divina librorum sacro-rum autoritas constare potest etiam se-posita traditione Ecclesiæ: contra Al-phons: à Casta & Melch: Canum. Eos etiam (& non alios, qvi Apocryphi dicun-tur V.T. libri) qvos Nostra Ecclesia anti-qvam Judaicam secuta pro talibus agno-scit, esse habendos pro Canonicis, firmis argumentis probari potest, contra Con-cil. Trident. & communiter ferè o-mnes Papatus Scripto-res.

DE QUÆRENDA GLORIA DEI



CAPUT PRIMUM.

Initium Disputationum Academicarum sit in Nomine DEI. Illustratur exemplo Boleslai Terrii Polonorum Regis, item dicto Apostoli ex epistolâ ad Colossenses cap. 3. v. 17. ex eo etiam quod DEUS sit & & principium & finis adducuntur quoque in similitudinem vasorum aurea & argentea: nec non exempla Abrahami, Jacobi, Davidis & Petri. Utilitas etiam proponitur confirmata verbis Scripturæ & Patrum. Ostenditur insuper, Philosophiam Gentilium ad eundem fuisse directam scopum. Consideratur denique constitutio DEI de offerendis Primitiis, cuius morale ad præsentem Disputationis Academicæ actum applicatur.

Reditus ego DEI ter Optimi ter Maximi ductu insperato & mirabili Academicæ, à quâ me perintegrū decenniū vocatio aulae caabstraxerat, cathedræ, & quā esse iudicavi, ut sicut antea dicendi, ita jam quoque disputandi publicè, non nisi in Nomine DEI mei, cuius providentia me meaq; omnia à primâ pueritiâ in devotione cordis commisi, laborum

A meo-

2 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
meorum Academicorum facerem ini-
tium. Zwingerus autor est, *Boleslaum*
tertium Polonorum Regem auream
collo suspensam gestasse laminam, cui
defuncti patris imago insculpta erat,
hâc intentione, ut qvicqvid faceret,
semper recordaretur patris sui, quem
velut præsentem videret. Cœlestis
& viventis patris imago cum per Ba-
ptismi gratiam nostris sit insculpta
cordibus, qvam id esset à Professione
Christianismi alienum aliquid ordiri
muneris absqve devotâ Numinis
memoriâ ! Qvicqvid egeritis &
Theo- inquit ὁ τῶν ἀρρήτων ἀνεγάπατος, in no-
phyla- mine Domini JESU facite. Theo-
lactus. phylactus ad hæc verba ait: sive edas,
sive bibas, vel peregrineris, omnia in
Nomine DEI age, hoc est, adjutorem
eum invocans, postquam preces ad De-
um fuderis, tum demum opera tua ag-
gredieris: DEI Nomen Dæmones ejicit:
nec opera tua facilita tibi erunt, nisi Do-
minum tuum invoces. Hæc ille: Est
DEUS a & o, est principium est Finis.
Optimus igitur, inquit Theogolo-
rum ἀλφα Gregorius, hic ordo est, ut
qui

Col-
loss. 3.
v. 17.

Theo- inquit ὁ τῶν ἀρρήτων ἀνεγάπατος, in no-
phyla- mine Domini JESU facite. Theo-
lactus. phylactus ad hæc verba ait: sive edas,
sive bibas, vel peregrineris, omnia in
Nomine DEI age, hoc est, adjutorem
eum invocans, postquam preces ad De-
um fuderis, tum demum opera tua ag-
gredieris: DEI Nomen Dæmones ejicit:
nec opera tua facilita tibi erunt, nisi Do-
minum tuum invoces. Hæc ille: Est
DEUS a & o, est principium est Finis.
Optimus igitur, inquit Theogolo-
rum ἀλφα Gregorius, hic ordo est, ut
qui

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 3

qui sermonem vel negotium aliquod
auspicatur, a DEO initium ducat, &
in DEO conqvescat. Hæc ille. Vasa
aurea & argentea, quem a radiis solis
splendorem accipiunt, eundem refle-
xione sua ad illum remittunt. Itaq;
si qvæ inest Christiano virtus aliqua,
si quid collatum est muneris, omne
illud statim in initio operis ad DEUM
tanquam unicum authorem & dato-
rem referendum est. Omnes etiam
certum est, qvotqvot fuerunt verâ &
infusatâ DEO obstricti religione, o-
perum suorum fecisse initium non
nisi in nomine Domini. Abrahamus
qvando ablegabat servum suum, no-
vimus id fecisse in nomine Domini.
Ille qui in ordine Patriarchali tertius
fuit ab Abrabamo, cuius etiam nepos
erat, Jacobum dico, mittens in Ægy-
ptum filios suos, fecit id in Nomine Do-
mini. Ad singulare cū Philistæo Gigan-
te certamen divinitus vocatus David,
aggressus hoste est in Nomine Domini.
Princeps Apostolorum Petrus etiam
in Nomine Domini cum rete laxa-
verit, non erit etiam absq; Nomine
Domini rete vocationis nostræ ex-

A 2 pan.

4 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
pandendum. Extincti etiam carbones ardentibus admixti quia statim ardescunt : vinumque aquam mixtum si fortius est, aquam colore suo imbutit, vel sola tot exemplorum consideratio id apud mentem devotam efficiet, ut nihil quamquam adoriantur nisi in Nomine Domini.

Non autem sum nescius, hanc esse hominum mentem, ut nemo proponat frustra laborare, & non consequi ex industriâ fructum. Num enim is qui seminat, postquam messem non exspectat, post sementem unquam metet ? Nihil minus aget. Sic & nemo, quæ Chrysostomi verba sunt, quamquam perficiet cum alacritate & idonea observantiâ, cui non prius persuasum fuerit, quod ea res sibi commodo sit futura. Quem igitur nec voluntas Patris cœlestis, quem tot exempla sanctorum non movent, omnibus, quas aggreditur, actionibus præfigere Nomen Domini : illum vel solus utilitatis respectus in sententiam meam trahet. Quæ autem, inquis, utilitas est aggredi cuncta in Nomine Domini? Audi illum qui infl

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 5

fallibili *Spiritus Sancti* voce Regum
sapientissimus declaratus est: Tur-
ris, inquit, fortissima Nomen Domini
est, ad ipsam currit justus & exaltabitur,
id est, In alto quasi & tuto versabitur
loco; In armis cum præsidium suum
habeat miles, sine illis in occursum ho-
stis fortalitio & castris non egreditur; Et
Num Miles Christi sine præsidio No-
minis divini aliquid audeat? Habent
apud me insigne pondus verba hæc
Chrysostomi: Ubi cunq; fuerit Nomen
Domini, ibi omnia sunt prospera. Nihil
mundanum, nihil seculare, omnia in
Nomine Domini facias & prosperè suc-
cedent omnia. Ubi cunq; additum fue-
rit hoc nomine, cuncta erunt secunda. Hæc loß,
ille. Omne bonum, pergit etiā, quæ pau-
lo anteceditavimus *Gregorius*, quod à Deo
ducit initium, à DÉO etiam ad finem
perducitur. Sic video ex sententiâ
Gregorii Theologi placuisse etiam pa-
tribus Synodi Quini-Sextæ, qvorum ca-
pite primo hæc sunt verba. Τὰξις ἀρχή
παντὸς ἀρχομένης τοῦ λόγου τοῦ προφήτη Θεοῦ
ἐκ θεοῦ παραχειρῶν τοῦ εἰς Θεὸν αναπέδειν
τοῦ τινος λόγων Φωνῆν. Placet hic et-
iam audire exterros, ut vel illorum

Pro-
verb.
18. v.
ii.

Chry-
soſto-
mi ho-
mil.g.
in E-
piſt.
ad
Col-
loss,
pm.
1294.
12.94.

6 DE QUÆRENDÀ GLORIA DEI

juxta sanam rationem instituta *Philosophia*, nobis sit admonitio. *Augustus* namq; *Imperator* lege statuit, ut *Senaturum* qvisqve, anteqvam suo loco sedederet, thure ac mero supplicaret apud aram ejus *DEI*, in cuius templo coiretur. Ita ex *Suetonio Annalium Conditor*. Fallor si non *Legislator noster unicus* id etiam spectavit ordinatione suâ, qvam in primitiarum oblatione populo suo severè olim instituit. Non puto, *Christianorum aliquem adeò in Scripturæ lectione esse hospitem*, ut nesciat, non licuisse olim, *DEO* ita jubente, agrorum aliarumq; rerum fructus in usus adhibere suos, anteqvam *primitiæ essent oblatæ DEO*. *Sanctificavit fructum*, qvijam maturuerant, in primitiis oblatio, usum totius acervi, spem qvoqve fecit plenæ obtinendæ missis. Non quidem probo *Origenis sententiam*, urgentis etiam in N. T. sanctionis hujus divinæ de offerendi primitiis qvoad literam, necessitatem & observantiam. Probo tamen qv dixerit, ad morale hujus legis tenet qvoqve *Christianos*, ita quidem u

primi

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 7

primitias omnium laborum suorum
DEO offerant, sanctificantes ita in
verâ fide totū opus, & optima qvævis
de successu felici sperantes, si, qvod
agunt, egerint in *Nomine Domini*.
Non videatur auribus alienum ap-
plicare id etiam ad demandatum mi-
hi in hac *illustri Academiâ Professionis*
Theologicae munus. Functionem ejus
meo peragendam ministerio cupiens
ego & desiderans qvàm maximè mul-
tis esse utilem, cogitavi etiā de primi-
tiarum oblatione. Num autem, in-
quiet aliquis, etiam linguæ & oris,
num calami & scriptionis sunt qvæ-
dam DEO gratæ primitiæ? Audia-
mus qvæso *Chrysostomum*. Is cum
Presbyter designatus primum habe-
ret sermonem. Cupiebam, inquit,
primum in Ecclesiam dicturus Proœmi-
orum primitias illi dicere, qui linguam
nobis hanc dedit, nimirum DEO. Atque
ita sanè fieri oportuit: neque enim ar-
ea tantum ac vivarii lacus, verùm et-
iam verborum primitias oportet verbo
persolvere, multoq; magis verborum
qvàm actionum. Et quale sacrificium, di-
xerit aliquis, sunt verba? Maximum qui-

Chry-
soft.
T. 5.
pm.
984.

3 DE QUERENDA GLORIA DEI

dem ò charissime , ac splendidissimum
ceteris omnibus præstantius. Hæc au-
reum illud os & Divini loquus vir. Sint
igitur & DEO meo dicatæ laborum
meorum in almâ hac Musarum sede
imposterum exantlandorum primi-
tiae, qvas exhibeo non sine spe futu-
ri felicis successus , demonstraturus
hisce pagellis , omnia esse Christiano
cum primis autem Theologo facienda
in Gloriam Nominis Divini. Sic in No-
mine tuo Sancto & tremendo, ò DEUS,
arenam disputatoriam ingredior : nec
ullus dubito quin meus in Nominetuo su-
ceptus labor non sit futurus inanis.

CAPUT SECUNDUM.

Gloriæ vocabulum ex definitione & Synonymia
Honoris & laudis explicatur. Distinctio tra-
ditur in gloriam famæ & bonitatis rei, item
in Gloriam Dei & creaturæ. Illa ab hâc to-
to differt genere. Quid sit facere aliquid
in Gloriam DEI, dare Gloriam DEO expli-
catur. Necesseas quærendi semper & in o-
mnibus Gloriam DEI ostenditur ex perfecti-
one DEI & obligatione hominum. Impu-
gnavit illam Julianus Apostata prohibens
& puniens in Christianis hymnodiam sacram
cantatam in Gloriam DEI, id quod ostendi-
tur

DE QUÆRENDA GLORIA DEI

tur ex Martyrologio Romano. Socrate item & Sozomeno, ubi etiam supplicium alaparum & colaphorum explicatur. Monstratur è contrario, ex verbis Chrysostomi & Basili M. hymnodiæ sacræ præstantia. Notatur Quidam ex imperito Zelō reprehendens hymnodiam sacram inter opera manuum, qui Scripturæ S. Catechismo, Patribus & sanæ rationi ostenditur contradicere. Notantur etiam Circumcelliones Hæretici rejicientes formulam salutationis antiquam DEO GRATIAS. Notantur Pontificii interque eos Bellarminus & Cornelius à Lapide aliquique doctrinâ & exemplis doctrinæ de necessitate querendi semper Gloriam DEL detrabentes. Notatur Jesuita quidam vagans contra preceptum Apostoli in mensa viri cuiusdam Nobilis & Illustris lascivis cantionibus non DEO sed Veneri & Baccho inserviens.

Ciceron
ro. Att
gust.
T. 9.
Tract.
centes.
in Job.
pm.
177.
lit. D.

Gloriae vocabulum à Cicerone definitur, qvod sit consentiens laus bonorum aut incorrupta vox rectè judicantium de alicujus excellente virtute. Augustinus dicit Gloriam propriè esse frequentem famam cum laude. Hebræis vocatur ככֹר Græcis δόξα. Usurpatur tanquam Synonymum eius, vocabulum honoris, qvod Hebræis est כבוד, Græcis autem ἡμιν. Et

A s habet

item 10 Da QUÆRENDA GLORIA DEI
Tra-
ctat.
105. in
Job.
pm.
182.
lit. C.
scalig-
er de
subtil.
exer-
cap,
317.
n. 3.
pm.
1020.

habet certè honoris vocabulum ean-
dem, qvam & vox Gloriæ, significatio-
nē, qvando consideratur honor ut est
in honorante. Laudis autem voca-
bulum utut aliàs ostendatur a-
liam habere significationem, tamen
& in hac materia discrimin illud non
observatur semper. Distingui solet in
gloriam famæ & bonitatis rei. Glo-
ria famæ est glorificatio vel celebra-
tio consistens vel in opinione mentis
bona & laudabili, vel etiam celebra-
tione & glorificatione externâ. Glo-
ria bonitatis est excellentia & digni-
tas glorificatione digna, ut res præ-
stantes bonæ aut gloriose. Dignitas
autem juxta Scaligerum est conditio
virtutis in personâ, id est eminentia
alicujus personæ propter virtutem.
Rectè autem iterum omnis vera Glo-
ria distinguitur in Gloriâ DEI & cre-
aturæ. DEUS utitato Genere differt
à creatura, ita qvoqve DEI excellentia
& dignitas ab omni creaturæ nudæ
excellentiâ & dignitate: ex qvô fun-
damento seqvitur, honorem, glori-
am & cultum DEO exhibendum to-
to genere etiam differre ab omni et-
iam

DE QUAREND A GLORIA DEI II

iam eminentissimæ creaturæ honore
& gloria. Qvi & propterea gloriā sibi
debitam alteri non donat. Sicut et-
iam DEUS est & & principium finis,
ita qvoqve omne bonum est à DEO
datore, conservatore, directore, sunt
qvoqve omnia, qvæ agimus, facienda
in *Gloriam DEI*, id est in agnitionē &
celebrationē excellentiæ divinæ, cu-
jus est potentia, misericordia, justitia,
omniscientia veritas, fidelitas huma-
næ menti incomprehensibilis. Sic da-
re gloriā Deo à Iosuā usurpatur, qvau-
do Achab alleqvitur, da gloriā Deo
Educi confessionem E indica quid fece-
ris, id est agnosce & fatere eum o-
mnia scire, esse justum, meritò nunc
irasci & te punire. Sic & Pharisei di-
cunt ad cœcum natum apud Joha-
nem. Da gloriā DEO, nos scimus, quod
hic homo peccator est, i. e. agnosce qui-
dem & celebra, te hoc beneficium à
DEO datore habere, sed cave tribu-
as illud seductori, qvi tecum locu-
tus est, qvæ & alia egregia legi possunt
apud Flacium in Clavi scripturæ ubi
agit de vocabulo Gloriæ. Conferri-
pot

Josy.

v. 19.

Job. 9.

v. 24

Flaci-

us in

Clavi

scrip-

pum.

483sp;

Rive- 12 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
tus T. potest Rivetus in Apologiâ pro sanctissi-
3. Op. ma Virgine Maria, & Höpfner: in
in a- psalmum nonagesimum primum.
polog. Proximum jam est, ut ostendatur, an
sancti. & Quænam incumbat Christianis o-
pro. mnibus, maximè autem Theologo,
sim. qvì ut doctrinâ ita qvoqve exemplo
Virg. & vitâ omnibus prælucere debet, ne-
lib. 2. cessitas qværendi semper in omni-
cap. 1. bus actionibus & vitæ operibus glori-
pm. am DEI? Tanta autem est hominis
669. erga DEUM Creatorem, Redempto-
Höpf- rē & sanctificatorem obligatio, ut
nervus si id unicè nocte diuq; meditaretur,
in P. id unicè qvoqve ageret, ut animâ
91. & corpore omnibusq; membris in-
pm. serviret qværendæ Glorie Divine, nec
u. sic tamen perfectam omnibusq; nu-
meris absolutam præstisset DEO
putandus sit obedientiam. Longè
namq; plura hic debet Homo DEO
qvam qvæ exhibet & exhibere potest,
qvæ DEI est infinita & incomprehen-
sibilis perfectio & Bonitas, nostra au-
tem multis modis deficiens imper-
fectio. Dubitari etiam non potest:
qvin qvò proximior est doctrina, est
etiam actio hominis huic scopo, eò
qvo-

qvoqve majori veritatis & bonitatis
luce radiet. Non quidem dixerim
ego, intentionem qværendi *Gloriam*
DEI præcisè sumptam absq; considera-
tione mediorum ad illam ducenti-
ū, veritatis & bonitatis habere rationē,
& normam esse & regulam, unde veri-
tas & bonitas doctrinæ & vita dijudi-
cari debeat, qvā de re imposterum
peculiariter agendi locus erit : sed
hoc volo, doctrinam & vitam homi-
nis Christiani conformatam ad regu-
lam voluntatis divinæ in *Scripturâ* re-
velatam, & intentam huic fini ultimo
qværendi *Gloriam DEI*, qvām maxi-
mè à veritate & bonitate & utriusq;
scopo commendandam esse. Non
puto, qvemq; rem rectè considerantem
aliter judicaturum : Sed qvò
non ab ripitur turpitudinis petulantia
& absurditatis homo erroris viam
ex cœcitate mentis semel ingressus !
Tempus fuit, qvo ignominia & a-
nimadversione multabatur actio
sacra per hymnodiam devotam
glorificans *DEUM*. in *Martyrologio*
Romano fit mentio *S. Publiae Abbatis-*
æ, qvæ transeunte *Juliano Imperato-*

Mart-
tyro-
logiū
Roma-
nūm⁹
Odo-
pm.

rc 626

14 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
re apostata Davidicum illud cum suis
Virginibus canens : simulachra Gen-
tilium argentum & aurum & similes
illis fuit qui faciunt ea : Imperatoris
jussu alapis cæsa est & graviter objurga-
ta. Non vulgare hoc fuit supplici-
um colaphis cædi, sed ignominiosum
& servile. Servi namq; & mancipia
alapis & colaphis cædebantur olim.
Qvò & pertinet hoc servi dictum a-
pud Comicum : *Homini misero ait*
plus quam quingentos colaphos infregit
mibi. Igitur impius apostata *Impe-*
rator Julianus, devotam hymnodiam
servili pœna in *Publia* Abbatissâ
persecutus est. Demandavit *idem*
Salustio, ut *Præsidi Provinciæ* ad id au-
xilio esset, qvò puniret eos, qvæ psal-
mis decantandis potissimum essent
addicti. *Præses* vero, qvamvis reli-
gione Gentilis esset, mandatum ta-
men illud haud cupidè suscepit : ve-
rum cum contradicere non auderet,
multos qvidem *Christianos* compre-
hendit, & qvosdam in custodiam dari
præcepit, unum verò ex illis adole-
sculum, nomine *Theodorum* à
Gentilibus ad se delatum, tormentis

ac

ac variis suppliciis subjecit, totoq; corpore lacerari jussit, nec à tormentis eum liberavit, nisi qvando amplius vivere non putabatur. At DEUS illum servabat. Post hanc enim confessionem multo tempore vixit, uti est apud *Socratem* qvi videatur, cum qvo conferri meretur eadem fere re- censens in Historia Ecclesiastica *Sozomenus*. Non puto fore inter Christianos aliquem, qvi hæc legens justo non afficiatur dolore ob devotū cultus sacri officium tam diris sive proscriptum sive suppressum suppliciis. Non enim potest hymnodiâ devotâ DEO gratiō exhiberi oblatio, de qvo hæc notanda sunt verba *Chrysostomi*: Botrum, inquit, & aristam suo terra emittit gremio, alit pluviarum irrigatio, colit agricolarum manus: at sacram hymnum parit animi pietas, alit bona conscientia, DEUS in cœlestia recipit horrea: porro quanto præstantior est animus terrâ, tanto hæc illa melior est oblatio Hæc ille. Adde & hoc Basilii inquit: Quid beatius quam Angelorum tripudium in terrâ gnat, imitari? Hæc Basilius, Cogit me hæc scripsit.

tes
lib. 3.
Hist.
Ecclesias- tiaſt.
c. 19.

pm.
339.
340.
Sozo-
menus
lib. 5.
Hist.
Eccles.

c. 19.
c. 20.

pm.
639.
Chry-
sost.
T. 5.
inser-
mone
habi-
to, cū
Pres-
byter

es-
ser

desi-
gnat
pm.
948.

Basti- 16 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
lius M, scribentem invitum etiam & dolen-
T. 4. tem tangere inauditum & in fruni-
epist. 1. tum hactenus in Ecclesiâ Zelum.
ad Gre Viri cujusdam, cuius nomini parco,
goriū experturus num aliquando daturus
Theo- illi sit DEUS μετάνοιας ἐν τῷ ἐπίγρωσι
log. ἀληθείας, qvæ Apostoli in epistolâ ad Ti-
p. 655. motheum verba sunt. Non enim
2. Tim contentus *Hic sacram inter manuum*
2. v. 25 *opera item mane & vespere se induen-*
tium & exuentium perstringere hy-
mnodiam, ausus est etiam publicè de-
suggestu Zelo & κατ' ἐπίγρωσι debac-
chari in eos, à qvibus meliora discere
poterat & debebat. Qvis enim fu-
rор, qvæ amentia est mentem lingu-
am, os & labia cohibere à cultu hoc
psallendi DEO eò qvod manus operi-
bus vocationis inserviant? Hoc ipso,
qvi hac hymnodiâ ex verâ fide & de-
votione utuntur, explent illud *Apo-*
stoli, ut laborantes manibus faciant
tamen illud etiam ad gloriam DEI.
Legisset & rectè considerasset Cate-
chismum Beati Nostri Lutheri & sa-
niora potuisse doceri, anteqvam
ex impotentiâ mentis redargueret
cultum hymnodiæ omni tempore in
Eccle-

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 17

Ecclesia usitatum. Audiamus Basilium M., cuius egregia ad Gregorium Theologum hæc est sententia. *Quid,* ait, *beatus quam Angelorum tripudium in terrâ imitari?* Statim quidem, ubi dies exordium sumit, ad preces procedendo, & hymnis ac cantilenis conditorem honorando: deinde sole pure illucescente ad opera converti, ita ut ubique preces simul & operas per hymnos velut per salem condiamus. Hæc ille. Scripturæ, beato Nostro Luthero, & canæ patrum antiquitati assurgit sana ratio, quod moneo ut percipiamus, fieri ex justo DEi judicio, ut devotæ hymnodiae inter manuū labores hostis mentem quoque videri possit exuisse reprehendens ad quae ex officii ratione auditores excitare debebat. Fuit Epictetus inter Stoicos Philosophos gravissimus & juris naturalis & rectæ rationis præ aliis consultus. Hanc autem hujus insigⁿis Philosophi cedro dignam sententiam profert Martinus Schookius. *Num aliud quid, inquit, oporteat nos, siquidem intelligentia in nobis est; quædam*

B

publiz.

Basilis
M. T. 43
epist. I.
ad Grec
gorium
Theolo
gum p.
m. 655

publicè & privatim facere quam laudare & celebrare Numen eiq[ue] pro beneficiis
 in nos collatis gratias agere? Nonne &
 Martini Scho- fodientes decit & arantes & comedentes
 okius canere hymnum Deo? Magnus Deus,
 indis- qui nobis instrumenta Hæc, quibus ter-
 quisitio- ram colimus, exhibuit. Sed missis
 ne circa his progredior vindicaturus Gloriam
 Decalo- Dei mei etiam contra alios. Antiqua
 gump. hæc fuit Christianis salutationis for-
 mula, ut viso fratre dicerent: DEO
 & con- GRATIAS. De hac ita Augustinus
 f. r. p. Quid melius, inquit & animo geramus
 m. 265. & ore promamus & calamo exprimamus
 Augu- quam DEO GRATIAS. Hoc nil dici bre-
 stinus vius, nec audiri laetius, nec intelligi
 T. 2. grandius nec audiri fructuosius potest.
 epistol. 77. ad Qui dicit DEO GRATIAS, gratias agit
 Aurelii DEO. Videte non debet frater DEO
 p. m. 117. gratias agere quando videt fratrem su-
 um? Num enim non est locus gratula-
 tionis, quando se invicem vident qui
 habitant in Christo? Haec tenus Au-
 gustinus. Inventi tamen sunt olim Hæ-
 retici huic etiam laudandi formulae
 intensi. Circumcelliones namque
 sic dicti, ut Augustinus loquitur, quod
 circa

DE QUARENDÀ GLORIA DEI 19

circa cellas per nundinas scilicet vil-
las vicosq; vagarentur, jactantes se
esse publicæ justitiae vindices, huncsa
lutandi morem sunt aspernati. E Pon-
tificiis Bellarminus agens de man-
dato Apostoli omnia faciendi in Gloriā
Dei, ait non esse id præceptum sed tan-
tum piā admonitionem nisi intelliga-
mus hoc tantum reqviri ut omnia fi-
ant in Gloriam DEI explicite vel implici-
te. Nam saltem, inquit, implicite facit in
DEI gloriam, qui operatur propter bo-
num finem. Semper enim ex bonis
operibus, etiam si is, qvi ea facit, forte
de DEO non cogitat, seqvitur, ut qvi
ea vident glorificent aut certè glorifi-
care possint Patrem nostrum qvi in
coelis est. Cornelius à Lapide in hæc
Apostoli verba Consilii, ait, hæc effe
non præcepti: nec enim iuqviens porro,
tenemur omnia actu imò nec virtute in
gloriam Dei facere licet id valde piū sit.

Bellar-
min. T.
4. lib.
5. de
Gra
& liber
arbitr.
cap. 10.
p.m. 174
lit. D.

Cornelius à
Lapide
ini. Corne-
lius à
Lapide
10. p. 31.

Dubium non est, qvin etiam me non
monente ex verbis nudè prolatis per-
spiciat Christianus lector, qvantam
habeant Jesuitæ Nostri Gloriæ DEI
semper qværendæ curam, qvantam

B 2

picta-

20 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
pietatem: Cornelio valde pium qui-
dem est, omnia facere in *Dei gloriā*,
ita tamen ut videatur illi tantum
esse consilium minimè autem præce-
ptum, ad-eò ut nec actu nec virtute id
sit necessarium. *Bellarmino* est pia
admonitio sine præcepto, ita ut nec
cogitatio de DEO in bonis operibus
sit necessaria. Qvis igitur non videt sic
ex Religione Christianâ lusum fieri
& jocum, si *Jesuitis* Doctoribus in
hac de qværenda semper DEI gloriâ
materiâ uti velimus? Vovent *Jesu-
ite* Generali suo cœcam obedienti-
am in omnibus, non habitâ ratione
licitorum & illicitorum, in qvibus illi
cœco voluntatis impetu parendum
est, etiam si agatur de Principis Vitâ,
in qvam certum est Monachis hisce
nihil esse juris, qvam rem *Leidbresser-
ius* fusè, ex Nostris autem B. Höpfne-
rus breviter perstringit. Major ita
apud illos ratio est illius qvod impi-
um, illicitum & inse peccatum est,
qvalia sèpius sunt qvæ Generali pla-
cent, qvam illius qvod valde pium
illi vocant, dirigere scilicet omnia &
facere

Leid-
bresser-
ius in
disp. Po-
lit. libr.
2. c. 10.
p. m.
144. sq.
Höpfn.
in Ev-
angel.
Saxon.
p. m.
641.

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 21

facere in Gloriam DEI. Dicam ulterius, non posse non Gloriam DEI negligi, immo conculcari eam quasi peribus ut ajunt, ubi hæc doctrinæ perversitas in Cathedrâ Ecclesiæ personat. Dubium quoque non est, quin uti docent, ita quoque factis & exemplis populo præeant multi (non de omnibus loqvor) papatus Doctores intenti magis de gloria sua, & augmento culinarum quam de *Gloria DEI*.

Placet audire invectivas ex libto *Ponificis Canonico & sacro-sancto Revelationibus scilicet Brigitte.* In illis tiones namq; Christus ad Brigitam dę Sa- cerdotibus ita conqueritur: *Sacer-
dotes Proditores mei sunt: magis lo-
quuntur centum verba pro mundo
quam pro honore meo unum. Magis
darent centum marcas auri pro mundo,
quam unum denarium pro me.* Magis centies laborarent pro propriâ utilitate & mundi quam semel pro honore meo.

Hoc onere deprimit me quasi mortuus sum in cordibus eorum. Item, Produnt me Sacerdotes ex eo, scilicet quod ostendunt se simplices & non sunt, &

B 3 quia

Lib. 1. quia gravantur vel turbantur ex hono-
 Reve- re meo, quo deberent delectari. Sc. Item
 lat. Bri- alibi, Ipsi Sacerdotes qui deberent es-
 gitte se mei, acidiosi sunt ad honorem meum.
 cap. 48. Item alibi: sapientes sunt pro tempo-
 p.m. 106 rali utilitate suâ & voluntate propria
 Cap. 55. sed muti pro laude meâ. Hæc in revela-
 p.m. 121, tionibus Brigittæ. Ex hâc omni du-
 ubi agi- bio procul doctrina factum est ante
 tur de tempus non ita longum, ut Jesuita
 judie- vagans Heptastrensis in mensâ Nobilis
 bus, & Illustris viri constitutus, cui tunc assi-
 quo se debat etiam vir fide dignus nec vul-
 Cle- gariter doctus, ex cuius ore hæc per-
 ricos a- cepti qvæ scribo, cantionibus lascivis
 perte & amatoriis testatus sit se venisse Ve-
 dicitur neris pullum & Bacchi nepotem ma-
 capite gni qvam Gloriæ DEI assertorem &
 sequen- vindicem. Hoccine enim sit edere
 tes 56. p. & bibere qvod reqvirit Apostolus, in
 m. 122. Gloriam DEI? Impletur ait Chryso-
 stomus, Spiritu S. qui psallunt, quem
 T. 4. admodum Spiritu immundo qui Satani-
 serm. 19. cas cantiones modulantur. Qvis exspe-
 in epist. Etet & credat ex instrumento Satana
 ad Ephe- immundô fieri aliquid in Gloriam Dei
 p. m. 71. cum Satanas Gloriæ DEI & Christi Sal-
 vato

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 23

vatoris Nostri inviderit semper & hymnodiis Deo dictis responsorium blasphemiarum reddat? Placet adscribere verba Scriptoris Poloni satis celebris Christophori Varsenicii qui de Satanæ erga Gloriam DEI invidia hæc habet: jam verò cum divinæ Gloriæ Satan perpetuò inviderit, & à summo cælo in infernum ob superbiam deturbatus fuerit, omnes ipsius artes & molitiones cessarent, si ad tot doctorum monita, si ad Ecclesiæ instituta ipse quoque ad divini cultus reverentiam nos excitaret: cum his ipsis diebus, dū hæc scriberemus in summo Cracoviæ templo ab Hebræa quâdam nuper baptizatâ, à dæmone obsessâ cum chorus occineret: Benedictus qui venit in Nomine Domini, latina vox illa fuerit audita: Quid, inquit, Benedictus? Imò nequissimus & turpis simus. Hæc Varsenicius l.c. Adde ex Revelationibus Brigittæ hæc quæ ibi leguntur Diaboli ad Christum verba: Antequam curvarem genu meum coram te, magis vellem omnes pœnas deglutire in me, quamdiu os aperi & claudi posset ad pœnam! Non poterit

Christophorus
Varsenicius
lib. 3. de cognitiōne sui ipsius p. m. 50.

Revelat. Brigittæ lib. I. cap. 34. p. m. 71. Conseratur etiam lib. 4. cap. 10. p. m. 333.

24 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
terit proinde ex homine propter Sata-
cas immundas & lascivas cantiones
piritu immundo repleto, qvod Chry-
sostomi judicium est, audiri aliquid ad
Gloriam divini Nominis, cum instru-
menta agant pro activitate causæ à
qvâ aguntur. Apostolus qvoqve ser-
monem putrem idest obscoenum, im-
purum, lascivum, qvi ob defectum sa-
lis spiritualis veluti putrescit, & fœto-
rem molestum DEO ac piis homini-
bus exhibet, opponit sermoni ad ædi-
ficationem, qvæ præprimis fit glorifi-
catione Nominis Divini. Antiqui
P. 29. Gloriæ divinæ assertores & vindices
ne quidem nominari volebant inter
Christianos, scilicet cum affectu cor-
dis intus latente & complacentia qua-
dam ~~moyéias~~ ~~ngy~~ ~~anachoréticas~~ ~~allà~~ ~~μᾶλλον~~
Eph. 5. ~~éuxæcisias~~, loqvebantur inter se mu-
tuò psalmis & hymnis & cantionibus
4. spiritualibus : canentes & psallentes
19. Domino in corde. Non prius discum-
bebant, quam oratio ad Deum esset præ-
gustata : post aquam manualem ac lumi-
naut quisq; de scripturis Sanctis, vel
de proprio ingenio potesl, provocatur in
medi-

medium DEO cancre. Hinc probatur quomodo biberis, Æque oratio conve-
pium dirimit: qvæ sunt Tertulliani
verba. Sed dabitur fortassis hâc de re
in seqventibus agendi occasio com-
modior. Pergo igitur ad Caput se-
qvens.

Tertul-
lian in
apolo-
get adv.
Gentes.
p. m.
879.

CAPUT TERTIUM.

Peccatis homines non querunt Gloriam DEI. DELLS autem quamvis etiam peccatis utatur in Suam Gloriam, non tamen hanc finem intendunt peccatores: qui etiam nō sequitur ex peccatorum naturâ, sed ex direclione DEI. Probatur necesitas querendi in omnibus Gloriam DEI. Quia hic finis est præcepti ultimus: quia præceptivè apud Apostolum sunt posita verba. Quia ratio & sensus præcepti idem monstrat. Respondetur ad dubium aliquod de actuali intentione semper querendi Gloriam DEI, que non semper videtur adesse, per distinctionem inter disparitatem subjecti regeniti & iregeniti: item per distinctionem inter modum intentionis, disparem. Ratione subjecti agentis notantur & refutantur Jesuitæ, qui absolvunt Ethnicos moraliter bona agentes à peccato, licet now faciant quæ moraliter bona faciunt, in Gloriâ Dei. Ratione modi, ostenditur impietas Jen-

sententiæ Jesuiticæ, ex quâ statuitur quod necessaria non sit intentio actualis nec virtus sed sufficiat habitualis: ubi simul ostenditur quomodo credentes & pii omnia resonant ad Deum, licet interdū hoc vel illud facientes non cogitent de DEO & Gloria DEI quo ad omnia momenta, omnesq; circumstantias. Confirmatur necessitas præcepti etiā autoritate Basilii M. Chrysostomi, Ambrosii & variis Dionysii Carthusiani testimonij.

Sunt quædam in humana vita, in quibus qui constituti sunt non possunt dici Quærere, non querunt etiam Gloriam DEI. Istiusmodi sunt peccata, quibus contra utramq; legis tabulam delinquit homo. Non nego quidem, DEUM etiam peccatis hominum pravorum uti ad salutem eorum qui DEUM diligunt, immo & lapsibus delinquentium ad majorem emendationem, adeoq; etiam ad suam gloriam. Unde & Apostolo dictum est: *Novimus iis qui diligunt Deum omnia simul adjumento esse ad bonum.* Nec tamen hunc finem homo delinquentis intendit, nec hic eventus sequitur ex naturâ ipsâ peccatorū, sed ex

Rom. 8.

v. 17

ex clementissimâ DEI directione,
qvod Chrysost. declarat exemplo Me-
dici, cuius solertia etiam ex veneno
facit Medicinam. Augustinus ait Ta-
libus Deum diligentibus omnia cooperan-
tur in bonum, usque adeò prorsus 9-
mnia, ut etiam si qui eorum deviant &
exorbitant, etiam hoc ipsum faciat eis
proficere in bonum. Hoc Augustini
dictum adducens Gerhard Job: Vossius
addit in margine: Occasionaliter,
quia humiliores redeunt atque doctio-
res, ut Augustinus subjicit: sive qvia
fortiores resurgunt: uti ad hunc lo-
cum notat Gratiani *Glossographus*. In-
terim verissimum est, ab homine de-
linquente non intendi sive qværi in
peccatis gloriam Dei, cum peccata à
DEO abducant qvæ & scriptura est
sententia, & doctrina Thomæ, de quo
vide *Wilhelmum Wendrockium Salis-
burgensem Theologum*, unde & il-
lum, cui propositum est semper & in
omnibus qværere Gloriam DEI, opor-
tet abstinere à peccatis. Manet et-
iam indubium & certum, Christia-
num teneri omnia qvæ facit, facere

August.
T. 7. lib.
de cor-
rept. &
Grat. c.
9. p. m.
475. G
Gerb.
Joh. Vos-
sius Hist.
Pelag.
lib. 6. p.
m. 572.
à quo
tamen
levis
commit-
titur
error in
cita-
tio-
ne capi-
tis. Nam
non
haben-
tur ca-
pite,
quæ Vos-
sius ex
cap sepa-
timo ada-
ductit, in

28 DE QUÆRENDA GLORIA DEI

in Gloriam DEI. Est qvippe finis ultimus præcepti. Hic qvoqve cum sit ultimus faciendorum finis, ut qvæcunq; facit Christianus faciat ad DEI Gloriam, patet ex necessitate præcepti incumbere Christianis, ut faciant omnia in Gloriam DEI. Præcepto autem continetur nihil, nisi qvod si ne peccato mortali violari non potest. Ad præceptum porro diligendi DEUM ex toto corde pertinet, ut omnia referantur ad DEUM. Non potest qvoqve præceptū hoc perfectè implere homo, nisi ab eo omnia referantur in DEUM vel in Gloriam DEI. Ab Augustino proinde bene dictum est: Deus in omnibus finem intentionis magis, quam actum operationis attendit. Præceptum etiam qvomodo non sit, illud, qvo imperativè ab Apostolo dictū est: Omnia in Gloriam DEI facite? Pertinet ad præcepti rationem, Deū in unitate Divinæ essentiæ & tribus personis, in proprietatibus & operibus suis rectè agnoscere & cultu verbo & fidei conformi colere. Qvōdsi jam præcepti nō est sed consilii tantum, ut fiant omnia in

quo ta-
mén in-
veniun-
tur quæ
dam e-
undem
fere ba-
bentia
sensum.
Wilhel-
mus
Wen-
drockij-
us
Salis-
burg.
Theolo-
gus no-
ta. zia
ad Dec:
epistol.
Montal-
tii seit.
54. §. 3.
p. m. 302

Cor. 10.
§. 31.

In Gloriam Dei, non est etiam præcepti sed consilii tantum Deum verbo conformiter agnoscere & colere.

An igitur, *inquiries*, id est necessarium, ut actu semper qvivis *Christianus* in omnibus actionibus de DEO cogitet & *Gloriam Dei* intendat? Hic puto primò opus esse distinctione subjecti agentis vel operantis. *Jesuitæ* id volunt, à subjecto irregenito & infideli non reqviriri ut cogitet in *Dei Gloriam* aliqvid facere, modò opus, qvod facit, ex parte moraliter bonum sit, & hoc sufficere etiam ut infideles & irregeniti in operibus qvæ legaliter bona sunt à peccato absolvantur. Secundò opus esse distinctione qvoad intentionis modum. Modus ille est vel actualis semper, vel virtutalis vel habitualis. Habitualē dicunt sufficere *Jesuitæ* ita se habentem, ut *Wihel·mus Wenzelius drockius in notis citatis p.m. 207.30. & 303.* charitas adsit habitualis licet nihil a-gens & otiosa planè sit, ut iest in dor-miente ubi nec actu nec virtute inten-ditur *Gloria Dei*, qvam intentionē dicunt esse non præcepti sed consilii tantum confer cum *Bellarmino & Cornelio*, antea citatis *Sirmondyum* apud *Wenzelius*.

30 DE QUARENDA GLORIA DEI

Wendrockium. Nos ita progredimur
ut doceamus, esse etiam opera Bona
infidelium peccata, cum non inten-
dant finem actionum & operationum
nostrarum summum, qui est *Gloria*
Trinunius Dei, quem non noverunt,
in quem non credunt, cum tamen
præcepti sit, semper querere *Gloriam*
Dei, & deviatio à præcepto non sit
absque peccato, omne denique pec-
catum sit, quod in fide non fit, Cer-
tum quoque est, finibus judicari a-
ctiones: virtutes etiam, nisi referan-
tur ad Deum non esse virtutes sed vicia
quæ sunt Augustini, verba. Qui &
alibi ad *Evodium* scribens ita loqui-
tur: Multorum Gentilium secundum
quendam modum fuerunt laudabiles vi-
tæ, ut, excepto Dei cultu in quo errave-
runt, in ceteris moribus parsimonia &
continentia, castitatis, sobrietatis, pro-
patriæ salute contemptu servatæq; fides
non solum civibus eoru ad eosq; hostibus, i-
mitandi merito proponantur. Quæ qui-
dem omnia quando non referuntur ab
finem rectæ veræq; pietatis, sed ad fa-
sum inanem humanæ laudis & Glorie
etiam

Augu-
stinus
lib.

19. de
Civit.

Deic. 15.
p. m.

237. lit.

G. H

T. 2. e-
pist. 99.
ad Evo-

dium.
p. m.

148. lit.

C. D.

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 31

etiam ipsa inanescunt quodammodo steriliag_z redduntur: verum tamen quādam indole animi ita delectant, ut eos in quibus hæc fuerunt, vellemus, vel præcipue vel cum ceteris ab inferni cruciatus liberari, nisi aliter se haberet sensus humanus, aliter justitia creatoris. Qvi & alibi hæc habet. Multi sunt, qui secundum quandam vitæ bujus consuetudinem dicuntur boni homines, boni Viri, bona fæmina, innocentes & quasi observantes ea quæ in lege præcepta sunt, deferentes honorem parentibus suis, non mœchantes, non homicidium perpetrantes, non furtum facientes, non testimonium falsum adversus quenquam perhibentes, &cetera quæ lege mandata sunt, velut observantes, Christiani non sunt & plerumq_z se faciant quomodo isti, nunquid & nos cœci sumus? Quia vero ista omnia quæ faciunt, & nesciunt ad quem finem referant inaniter faciunt, Nec bene vivere dicendi sunt qui finem bene vivendi vel cœxitate nesciunt, vel inflatione Contendunt. Hactenus Augustinus. Qvis prohibeat etiam è stercore tollere

T. 9.
Tractat.

45. in
Job.

p.m. 117
lit. D

mar-

32 DE QUÆRENDA GLORIA DÉI
margaritam, è libro fabuloso adver-
sariis tamen Canonico & divino nat-
uræ aliqvid producere ad veri-
tatis confirmationem? In Revelatio-
nibus Brigittæ Christus ad Brigittam sic
introducitur loqui: Quicung, aliqua
bona facere proponit, si considerat se-
cum, & diligenter revolvit, priusquam
faciat, quis honor Dei ex hoc provenit,
qua utilitas ad proximum, qua commo-
ditas ad animam, & noluerit facere, nisi
aliquam utilitatem divinam in opere
suo perpenderit esse, tunc opus illud ba-
bebit bonum processum quasi bonam di-
gestionem. Tunc si qua indiscretio in
opere faciendo occurrere poterit citius
deprehenditur. Tunc si quid dislortum
fuerit citius corrigetur, & opus rectum
Orationabile & edificativum coram ho-
minibus erit. Nam qui in opere suo
divinam præmeditationem non habet,
nec utilitatem querit anima & honorem
Dei, etiam si opus suum processum ba-
bebit ad tempus, in fine tamen, nisi corri-
gatur, intentio erit in nihilum. Hæc
l. c. Dicis nullam posse dari gravem
causam, cur opera Gentilium & irre-
geni-

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 33

genitorum sint dicenda peccata,
cum non desit omnino circumstan-
tia finis; nam & absqve fide pos-
sunt illi agnoscere esse DEUM, &
curam nostri gerere: non vitien-
tur à causa, cum non procedant
hæc opera virtuosa ex adjuncta ma-
litia, sed ex bono Naturæ: nec ar-
gui possit defectus proportionis.
Nam licet per peccatum natura hō-
minis sit facta deterior, non est ta-
men infirmior, qvam si fuisset in
puris naturalibus: non deniqvē
4. urgeri debeat nimia difficultas,
cum agatur hic de rebus facilibus
& naturæ valde consentaneis. Resp.
primò committi insufficientem e-
numerationem defectuum. Nulla enim mentio defectus fidei justi-
ficantis, absqve qva qvæ sunt ope-
ra legaliter bona, peccata tamen
vocat *Apostolus.* 2. Gratis dicitur Röm 14:
in illorum operibus non fuisse de- v. 23:
fectum finis. Nam præterqvam
qvod finis operum virtuosorum il-
lis fuerit famæ consecutio & insana
dilatandi imperii cupiditas, con-

G

stat

stat DEUM verum inessentia unum, in personis trinum Gentilibus ignotum fuisse: Et qvî igitur omnia in ejus gloriam facere potuerunt? Gratis qvoqve 3. dicitur non potuisse opera Gentilium bona vitiari ex causa. Qvomodo enim placeant Deo illorum opera, qvi toti Deo displicent? Qvomodo ullum opus præstent coram Deo absolutè mundum, qvorum nihil est mundum, qvorum polluta est mens & conscientia, qvi polluti fontes non possunt nisi pollutos emittere rivulos. 4. Est desperatæ causæ indicium in negatō proportionis defectu, cuius fundamentum ponuntur pura naturalia, in qibus DEUM vel condidisse vel etiam voluisse ab initio condere hominem, merum est figmentum: 5. Tam difficile imo tam impossibile est, ut homo non-Renatus ullum opus bonum absolutè & simpliciter tale præstet, qvām impossibile est, hominem naturaliter mortuum edere actiones vitæ naturalis. *Inflas*
si nul-

si nullum opus Bonum potest fieri
 ab infidelibus & irregenitis, melius
 illis esset non facere Bona Opera,
 qvia faciendo peccarent, non faci-
 endo non peccarent Monendi igi-
 tur forent ne facerente leemosynas
 ne pacarent discordes, ne imperitos
 docerent. Hæc autem omnia dubio
 procul absurdissima sunt. Resp.
 committi fallaciā à dicto secundū
 qvid ad dictum simpliciter. Qvam-
 vis enim ob defectum causæ, fidei,
 subjecti, sinis, Virtuosa Gentilium &
 non Rénatorū Opera sint peccata,
 non tamen sunt simpliciter & per *Chemnit.*
 se peccata. Non igitur vitanda *part. 3.*
 sed facienda sunt, cum studio corri- *L. de B.*
 gendi defectus confer qvæ prolixè *O. p. m.*
 disputantur in hâc materia *apud* *17, 18, 30,*
Theologos & Nostræ & partis Calvi- *32. it. p.*
nianæ Chemnitium, Theologos Mar- *prim: E-*
purgenses Lutheranos, item Hütte- *xant:*
rum, Gerhardum, Meisnerum, Bal- *C. Tp. m.*
duinum, Fevrbornium, Thummiuum, seq. T. i.
Chamierum, Pareum & Molineum. Mai.
 Concipiamus porro subjectum re- *purg. p.*
 genitum habens notitiam DEI *m 240,*
 salutarem, inqve DEUM Trinu- *T. 4.*

C 2 num

36 DE QUÆRENDA GLORIA DEI.

Mar-
purg. p.
m. 393.
Hutter
in C Fp
m. 464.
468.
Gerb.
T. 2 L.L.
de lib.
arbit. §.
103, seq:
T. 4 L.L.
de B. O,
8 seq:
Meisner.
Anth.
S.
Decad. 3.
disp. 21.
p. m. 55.
56. Bal-
duin. in
cap. 14.
epist. ad
Roman.
v. 23.
p. m.
850, 851.
Feurborn
Synt.
3. p. m.

num credens proposito qvoqve ge-
nerali intentum ad qværendum
semper gloriam DEI. Non sufficit
in eo habitualis intentio: impium
qvoqve est & Gloriæ divinæ con-
trarium, qvod nec actualis nec vir-
tualis intentio qværendi semper in
omnibus Gloriam Dei ab eo reqvi-
ratur ex ratione præcepti, cum illa
consilii tantum sit, uti judicat Cor-
lius à Lapide. Necessario reqviritur
primò in eo intentio actualis omnia
opera referendi vel dirigendi ad
Gloriam DEI. 2. Manet ibi etiam af-
fectus omnia agendi in Gloriam Dei.
3. Licet contingat, interdū non ad-
esse vel apparere actualē intentio-
nem, remanet tamen qvodammo-
do actus ille virtute, ita ut maneat
ejus qvoqve impulsus cum actua-
li affectu in opus influens, ex qvā ra-
tione non didendus est cessare sem-
per & in omnibus à studio qværen-
di gloriam Dei. Contingit proin-
de interdum, ut fidelis intendens
bonum aliquod virtutis particula-
re, actu ipso non cogitet de Dei glor-

riæ

riâ qværendâ, nihil ominus ta-
 men ex impulsu actus illius virtute 510.
 semper remanentis in subjecto re-
 genito coniuncto cū actuali affectu Thumma-
 omnia referendi in DEUM, habere in impi.
 dicitur virtualem intentionem o-
 mnia ad DEI gloriam referendi,
 quamdiu versatur in proposito fa-
 ciendi nihil nisi qvod legi divinæ
 congruit, & ad hoc DEI auxilium
 quotidie & indesinenter exposcit.
 Qvia etiam fideles semper orant
 si non ore, affectu tamē, sic utique
 cogitant etiam semper de DEO e-
 jusq; Gloria qværendâ, si non actu
 explicito qvoad omnia momenta o-
 mnesq; circumstantias Gloriam Dei
 ejusq; studium & Zelum devotè
 promoventes, affectu tamen & im-
 plicite, adeoq; qvæ ex hujus actus
 virtute remanentis impulsu nec
 non affectu actuali agunt fideles
 bona vel formaliter & explicitè vel
 etiam implicitè, ab illis in Gloriam
 Dei fieri dicuntur. Id qvod tan-
 quam necessarium requirit Apostolus
 n verbo miān facite, non contentus

C 3 con-

& photo-

tin. p.m.

487.seq.

Chami-

er. in

Panstrat

Cathol.

Contr.

T. 3. l. 4.

c. 5. 6.

seq. Pa-

reus in

lib. 5.

Bell. de.

Grat.

& Liber,

Arbitr.

cap. 9, 10.

ii. p. m.

675. seq.

& Moli-

næus ve-

lum. 1.

disput

Sedan:

p.m. 651.

658.

Vossius
Histor.
Pelag.
libr. 3.
p. 359.
Voëtius
disp. se-
lectar.
parl. 4.
p m. 190,
Maresius
in no-
tis ad
Castanæi
distinct.
p. m. 222
Basilius
in Quæ-
stionibus
compen-
diosè
explica-
tis p. m.
596.
Chry-
soft. I. 5.
in Ora-
tione
Calen-
dis habi-
ta p. m.
841. C
ffq:

38 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
confilio, nec otioso & nihil agente
Sirmondi habitu, conferantur Vos-
sius, Voëtius, Maresius & ex Nostris
Beatus Dom: Feurbornium in notis
dictatis aliquando ad hunc Aposto-
li locum. Non procul ab hac no-
strâ explicatione abeunt hæc qvæ
leguntur in Qvæstionibus Basili
compendiosè explicatis, ubi Qvæ-
stio 195. ita proponitur. Quo-
modo omnia ad Gloriam Dei quis fa-
cit? Qvæstioni hæc subjicitur re-
sponsio. Cum omnia propter DE-
UM secundum mandatum fecerit, &
in nullo laudes ab hominibus respe-
xerit, ubi q̄, vero Domini memor fue-
rit, qui dixit: Sic luceat lux vestra.
Chrysostomi quoque hæc notanda
verba sunt. At non tantum Paulus edere & bibere præcepit ad Glori-
am Dei fieri, sed & reliqua omnia, ut
in forum ire, domi se continere. Hæc
enim utraq; propter D E U M fiant.
Quemadmodum autem tum domi
permansio, tum egressio foras, sic tum
laus, tum vituperatio quoque ad Glo-
riam Dei esse potest. Licet etiam ad
Glori-

DE QUAREnda GLORIA DEI 39

Gloriam Dei objurgare: Licet etiam ad Gloriam Dei corrigere, quemadmodum erga servos nostros s̄epe animo commovemur. Amici tibi acquirendi sunt? Propter Deum acquirito. Inimici tibi capiendi sunt? Propter Deum capito. Si in cœtum hominum prodieris & verba multa cum aliis feceris, propter Deum hoc facito: si tacueris propter Deum taceto. Non autem laudare solum & vituperare, nec dominicancere, aut foras ire, non loqui, aut silere, sed etiam stiere, dolere & glætari quoq; ad Gloriam Dei licet. Ceterum quid laudes & vituperationes, dolores & lœtias commemoro? ubi etiam à levissimis rebus & vilissimis maximas utilitates percipiemus, si propter Deum ipsum eas faciamus? Quid enim est tonfione crinium vivius? Hoc tamen licet propter Deum facere. Quia & propter Deum ingredi & propter Deum intueri possumus. Licebit & calceis ipsis propter Deum uti. Ingressu enim & amictu nos Deum gloria afficere posse cognoscere ex eo, quod sapiens quidam olim dixit:

40 DE QUAREND A GLORIA DEI

dixit: Vestitus viri, & risus oris &
incessus pedum indicant hominem. Si
uxorem duxerimus, propter Deum
faciamus. Cœterum quid opus est
omnia commemorare? Licet nobis ex
bis que dicta, singula quando sunt
aut geruntur percurrere, & omnia
propter Deum facere. Et quemad-
modum mercatores Navigantes ma-
ria & ad civitates appellantem, non
prius abeunt a portu, & in forum con-
scendunt, priusquam intelligunt ali-
quod lucrum esse in mercimoniis: sic
nectu quicquam facias, nec dicas nisi
lucrum aliquod habens secundum De-
um. Ne dicas autem, neminem pos-
se omnia propter Deum facere: quan-
do enim calceamenta, casaries, vesti-
tus, incessus, aspectus, verba, conse-
sus, ingressus, exitus, facetiae, lauda-
tiones, vituperationes, commendati-
ones, amicitiae, inimicitiae possunt
propter Deum fieri: quid reslat, si vo-
luerimus, quid non poterimus propter
Deum facere? Itaq; si spirituale ali-
quid fuerit, si tamen propter Deum
non fiat cumprimis illum lœdit qui
facit.

facit. Sed quid oportet singula per-
 censere? Uno exemplo omnia colli-
 genda fuerant. Quemadmodum enim
 ædificatores cum murum exstructuri
 sunt, amissim ab angulo ad angelum
 ducunt, atque ita murum pertexunt,
 ut minime inæqualis ejus ora exi-
 stat: sic & nos pro amissiverbum hoc
 adhibeamus, quod apud Apostolum
 est: sive editis sive bibitis, seu quid
 aliud facitis omnia ad Gloriam Dei
 facite. Sive ergo precemur, sive jeju-
 nemus: sive accusemus, sive condonemus:
 sive laudemus, sive vituperemus: si-
 ve ingrediamur, sive exeamus, sive
 vendamus: sive emamus: sive taceam-
 us, sive disputemus: sive aliud quid
 faciamus, omnia ad Gloriam Dei fa-
 ciamus. Et si quid ad Gloriam Dei
 non pertineat, illud neque factio, ne-
 que dicto a nobis usurpetur. Hæc Chry-
 stomus egregie & prolixè, percur-
 rens plerasq; hominum actiones &
 ostendens non in hisce solum sedet
 in aliis omnibus necessariò ex præ-
 cepto Apostoli esse quærendam Glori-
 am Dei. Apud Ambrosium hæc le-

C s gun

Ambro- guntur: Qui est utilis Christianus
 sis T. 5. semper debet Patri ac Domino suo
 serm. 43. laudes dicere & in ejus Gloriam o-
 p m 270 mnia procurare, sicut ait Beatus Apo-
 Diony- stolus dicens: sive manducatis sive
 Carthu- bibitis, sive aliud quid facitis, omnia
 sian. in in Gloriam Dei: Omnes ergo actus
 enarra- nostros Christo vult socio vel teste com-
 tione E- pleri: In ejus nomine omnes actus
 pistola- nostri dirigendisunt, & ad ipsum to-
 rum & tius vita nostræ commotio referenda
 Evangeliorum, quia, sicut Apostolus ait: in ipso vi-
 Domini- vimus & movemur & sumus: Ex Scho-
 calium lasticis Dionysius Carthusianus ait:
 totius Rebus creatis non est finaliter inha-
 anni ho- rendum, quia ex se vanæ & nihil sunt,
 mslis & sed Deo duntaxat, cujus comparatio-
 sermoni- ne debemus omnia ista carnalia, ca-
 bus vari- duca, creata parvi pendere, ac pro ni-
 is serm. 1. bilo reputare, nec ea appetere seu
 in epist. amare nisi in Deo, & propter Deum,
 Domino. videlicet juxta Dei præceptum ut o-
 XXII. post Tri- mnia referantur ad ejus honorem. I-
 nit p. m. dem in sermone alio inquit: Sit in
 362. b. omni opere nostro intentio nostra sim-
 serm. 2. plex & recta, ut soli Deo finaliter ac
 eir. a Ev- summe complacere optemus, atque ad
 angel. ejus

ejus honorem & gloriam omnia refe- XXXIII.
 ramus item in sermone alio: ut in post Tri-
 summi boni sincerissimo proficiamus nit. p m.
 amore, studeamus ad nullam creatu- 369.b.
 ram affici inordinate, sensualiter, Serm. 8.
 im moderate, sed solum spiritualiter, circa e-
 ordinate & pure, puta in Deo, secun- pist. Do-
 dum Deum, omnia scilicet referendo minic. 28
 ad Dei honorem ac Gloriam, nec ea post Tri-
 amando aut cupiendo, nisi secundum nit. sol.
 Dei voluntatem ac legem, seu prout m
 nobis utilia aut necessaria sunt ad 384. a.
 serviendum complacendumq; DEO.
 Hæc Dionysius Carthusianus, ex cu-
 jus verbis præceptum de omnibus
 necessario dirigendis ad Gloriam
 DEI manifestè patebit.

CAPUT QVARTUM.

Ad necessitatem omnia faciendi in Nominis
 divini Gloriam facit etiam, quod ipse De-
 us faciat omnia in sua Gloriā quod confir-
 matur diēto Proverbiorū 16. v. 4. qui locus
 explicatur & contra Piscatorem vindica-
 tur. Percurruntur breviter actiones DEI
 ad intra & ad extra. In Generatione
 eterna Pater dicitur ab eterno commu-
 nicasse

44 DE QUÆRENDA GLORIA DEI

nicasse filio Gloriam suam, qui propterea
in epistola ad Hebreos vocatur *κανένας μεταπέπισμα της δόξης* effulgentia Glorie, que
phrasis ex constante scripturæ sententia
explicatur. Inter opera ad extra inter-
na est eleclio, que facta est in Gloriam
Dei: confirmatur id dicit Ephe: primi
v. 6. cuius subjicietur explicatio. Inter opera
ad extra externa est creatio, que est facta
in Gloriam Dei, quam & creature suo
modo contestantur. In opere incarna-
tionis filii Dei & Redemptione generis hu-
mani etiam Gloria Dei manifestata est,
quod declaratur, & simul investigantur
causæ, quare hymnum angelicum, Glo-
ria in excelsis Deo, Ecclesia latina suspen-
dat sacratissimo adventus tempore usque
ad Festum Nativitatis Christi. Demon-
stratur illud quoque ex aliis Dei operibus.
Nostrum proinde est in eo DEUM imitari,
ita ut omnia faciamus in Gloriam DEI
Ephes. 5 v. 1. Adduntur dicta Patrum
Cypriani, Chrysostomi & Augustini.

Faciunt porro ad necessitatem
quærendi semper & in omnibus
operationibus Gloriam Dei, quod
quæ DEUS facit opera, cuncta fa-
ciat ad Nominis divini & Majesta-
tis

tis suæ Gloriam, Operatus enim est ut
in Proverbiis Salomon ait, universa
propter semetipsum. Perfectus au-
tem DEUS est, ideoq; non propter
suam indigentiam aliunde supplen-
dam, sed propter Bonitatis suæ ~~no-~~
~~ravias~~ & communicationem, item
propter manifestationem Gloriæ su-
æ omnia operatus est. Homo ut
esset & ut bene esset, multis opus
habuit, qvæ propterea omnia di-
cuntur facta & creata propter ho-
minem, cuius sensus est, esse ali-
qvod bonum & afferre aliquod bo-
num homini propter quem sunt.
Non sic *homo* factus propter DE-
UM, non sic omnia qvæ operatus
est vel fecit DEUS propter se ipsum:
DEUS enim nec homine, nec ullâ
re creatâ indiget, ut sit vel ut bene
sit, cū potius *homo* omnesq; crea-
turæ indigeant DEO, ut sint & ut be-
ne sint, Igitur creavit DEUS homi-
nem propter se ad Bonitatis de-
monstrationem & Gloriæ suæ no-
tificationem, quo de videatur *Sca-*
liger in subtilitatibus adversus *Car-*

Proverb
16. v. 4.

=

da-

Scaliger danū. Sed qvidestqvod subjungitur?
 Exercit. יְהוָה־צְדָקָתָךְ רַיִם בְּעֵרֶת Etiam im-
 250. sedt. pium ad diem malum. Piscator
 1. p. m. ausus est ex hoc loco probare crea-
 768. tionem Qvorundam ad interitum,
 Genes. 1. ad ostendendam divinæ justitiæ
 v. 17. vindicativæ in impiis puniendis
 Gloriam. Qvæ glossa impia est &
 rejicienda, cum creatio hominis in
 Adamo sit Actus DEI, qvo Adamum
 & omnes homines in illo ad ima-
 ginem suam condidit, uti ex Gene-
 seos initio discimus, cui creatio
 qvorundam in Adamo ad interitum
 facta non subordinata sed opposita
 est. Creatio etiam hominis in Ad-
 amo non versatur circa impium,
 non tendit etiam ad diem malum,
 nullam etiam includit causam diei
 mali, qvæ in hoc loco datur, nimi-
 rum impietas. Absit 2. ut in eo
 sita sit Gloria divinæ justitiæ, homi-
 nes innocentes creare & destinare
 absolutè ad interitum. Nullus ho-
 minum est tam crudelis & injustus,
 ut filium suum velit gignere ad mi-
 seriam. Non est etiam ulla tam
 im-

immanis bestia, qvæ velit generare pullum ad miseriam. Et num credendum est, Gloriam Divini Nomis & divinæ justitiæ in eo sitam esse, ut considererit plerosq; homines ad æternum interitum, cum Charitas ipsa sit i. Joh. 4, v. 16, justitia ipsius sit innocentem non involve re temporali multo minus æterno supplicio? Audiamus Augustinum. Bonus, ait, est DEUS, justus est DEUS, potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est, non potest quenquam sive meritis damnare quia ius est. Hæc Augustin: Non igitur illa Piscatoris Polani & Wendelinii doctrina Gloriam DEI vindicat, sed evertit, imo & Atheismum invehit manifestum, cum injustus non sit nec esse possit DEUS. Unde & ipse Coccejus in Jobum ait: Qui stemma DEI judicium, quod justum est, abnegat abnegare ipsum DEUM. Sensus ergo 3tiò hic est: Qvod DEUS ex justitiâ suâ impium ut impium vel propter impietatem determininet dirigat, deducat trahet ad diem malum

Genes.

18 v. 25.

August.

T. 7. lib.

3. con-

tra Juli-

an. cap.

18. p. m.

351. B.

Calvin.

l. 3. Jn.

sunt p. m.

326.337.

c. 21. 22

Polan.

libro 5.

Synt.

Theol.

cap. 33.

p. m. 602

Wende-

lin: sy-

stemma

jor.The-

ologia

Christi-

an p. m.

407 402

Coc-

cejus in

Job. 8o

v. 17. 48 DE QUÆRENDA GLORIA DÉI
p.m. 117 malum ceu justas & promeritas pœ-
nas, qvi sensus & textui, & aliis Scri-
pturæ exemplis nec non analogiæ
fidei est congruus. Manet juxta
hanc interpretationem DEO *Glo-*
ria & divinæ benignitatis & justiti-
æ, qvæ per *Calvinianam* sententiam
evertitur, qvod breviter demon-
strandum erat. Sunt actiones DÉI
vel ad intra vel ad extra. In o-
mnibus apparet communicatio &
notificatio *Glorie Divinæ*. Genu-
it Pater ab æterno ex substantiâ *fi-*
lium, *DÉUM* verum de vero *DÉO*,
lumen verum de lumine vero; Spi-
ravit Pater & cum eo *Filius* ab æ-
terno etiam *Spiritum S.* qvi est cum
Patre & *Filio* ab omni æternitate
unus & Gloriosus *DÉUS*. *Filius*
vocatur propter hanc ex substan-
tia Patris generationem *antivoca-*
mat̄s dōξeis effulgentia GloriæPater-
ne. Esta autem hæc *Gloria* non fa-
ma celebrationis ex manifestatio-
ne potentiae, & sapientiae divinæ
nota; nec est aliqvid aliud extrin-
secum in creaturis relucens, qvî-
bus

Heb. 1.
v. 2.

būs DE US certam etiam Gloriæ
mensuram per creationem dedit,
sed est ipsa infinita, immensa, æter-
na, increata, & incomprehensibi-
lis Patrīs cœlestis & æterni Gloria
& Majestas summa, qvā interpreta-
tionem reqvirit vocabulum in sen-
su absoluto principali & illimita-
to hīc positiū. Est Gloria antisecula-
ris: Est Gloriaper Opera Creatio-
nis, Conservationis & Redemptio-
nis demonstrata, est Gloria omni
angelicā Gloriā excellentior, ha-
bens etiā imperiū in Angelos, qvi
qvanqvā sint gloriosi & cœlestes Spi-
ritus, humiliter tamē reverenter &
obseqviosè intuentur hanc Gloriā,
uti cīrcumstantiæ verborū evin-
cunt. Hujus Gloriæ paternæ est fi-
lius ~~in~~ ⁱⁿ ~~in~~ ⁱⁿ effulgentia. Est
Qvi est: nimirū ab æterno & in
æternū. Procul hinc, procul absunt
temporum differentiæ: Est absqve
initio, est qvoqve absqve successu,
est qvoq; absq; sine temporis. Nun-
qnam non fuit filius, nunqnam non
futurus est splendor Gloriæ paternæ,
qvomodo etiam alibi de filio dici-

D tur

50 DE QUÆRENDA GLORIA DEI

Joh. 1.
 v. 16.
 Joh. 14.
 v. 11.
 Joh. 1.
 v. 1, 2.

 Joh. 1.
 v. 4.
 cap. 8.
 v. 12.
 Matth. 4
 v. 2.

tur ἐν ἣν τὸν κόλπον τὸν πατέρος. *Filius*
 nunquam est extra Patrem, Pa-
 ter etiam nunquam est extra Fili-
 um. *Ἄπαντα συνα* & Resplende-
 scientiam cave quoque concipias
 cum aliquam imperfectione. Est
Ἄπαντα συνα æternum & increatum.
 Pater nunquam fuit sine hoc splen-
 dore, sine hac effulgentia. *Filius*
 etiam uti est ab æterno τῆς δόξης
 Gloriæ Paternæ *Ἄπαντα συνα*, ita &
 originanti Gloriæ Patris coæternus
 est, & inseparabilis ad intra, non ad
 extra, cuius subjectum est in crea-
 turis, est quoque effulgentia immuta-
 bilis & simplicissima & perfectissima,
 ita ut sit lux ipsa, ipse sol adeoque
 effulgentiam & resplendentiam
 solis infinitè superans, cuius re-
 splendentia non est sol ipse, est
 quoque mutabilis variabilis & com-
 parata ad hanc effulgentiam imper-
 fecta & ferè nulla. Est *Ἄπαντα συνα*
 non participative & finite, sed
 infinite, &, quo verbo comprehen-
 duntur omnia, filialiter. Veteres
 proinde, quæ Lipsii in quodam lo-
 co est observatio, *luminis* vocabu-

lō usi sunt profiliis . Hinc est etiam
 ut dicatur ipsa *Gloria*, esse in Glo-
 ria patris increata & æterna, con-
 ferantur *Theologi Nostri Fewrbor-*
nus, Dorscheus, Calovius. Opera
 ad extra sunt vel interna vel exter-
 na. Ad illa pertinet Decretum
 electionis. Non autem facta est
 electio fidelium æterna absqve
 Gloriâ divina, cum fecerit illam
 dicente *Apostolo*, *Deus in Christo*
 fide finali prævisa apprehenso
 & in no-
 tis dicta-
 tis ali-
 quando
 in b.l.
 Fevr-
 borni-
 us in
 Anti-O-
 storod.
 disp. 10.
 p.m 167.
 seq.
 Calovi-
 us T. 3.
 System.
 p.m 563.
 564.
 Eph. 1.
 v. 6.

Joh. I.
 v. 14.
 Marth.
 16 v. 27.
 Marc. 8.
 v. 38.
 Dorsche-
 us part.
 2-Theol.
 Zacha-
 rian. p.
 m. 263.

52 DE QUÆRENDÀ GLORIA DEI

Pſ. 19. v. 1 vinæ in Christo nobis jam ab æter-
Pſ. 69. no exhibitæ, ita ut Deo pro ea cor-
v. 35. de ore & opere nos exhibeamus
Pſ. 96. Gratos. Ad hæc, *Creatio* pertinet
v. 11, 12. In tempore namq; Deus cœlum,
Pſ. 148. terram, mare & omnia creavit in
v. 3. notitiam & laudem bonitatis, sa-
pientiæ & potentiaæ suæ, qvam &
creaturæ ratione & sensu destituta
suo modo contestantur, unde &
apud Esaiam Prophetam: *Omnis*
terra dicitur esse plena Glorie ejus.
Eſaias 6. Laudat omnis creatura opificem
v. 3. suum Deum, vel *effectivē*, qvando
eum dignis celebrat & effert lau-
dibus: vel *objectivē*, qvando Au-
torem & opificem suum ignorans
semetiplā aliis cognoscendam ob-
jiciendo occasionem præbet & ma-
teriam illis ex intuitu & conſide-
Pſ. 19. tione operis, sapientiam, & po-
1. Pſ. 69. tentiam opificis agnoscendi & præ-
35. Pſ. dicandi. Est prior modus ratione &
96. 11. 12 intellectu præditorū Angelorū & bo-
Pſ. 148. minū: posterior ratione & sensu ca-
v. 3. seq: rentium, qvâ de re & in *Psalmis* &
Hab: apud Prophetas testatur DEUS, qvæ
3. v. 3. loca evolvi possunt. Ambroſi hæc

VER-

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 58

verba sunt apud Gerhardum.
Tacet cœlum, sed ipsius affeclus vocem
tubâ clariorem emitit per oculos non
per aures nos docens. In hunc librum
Pariter & idiota & sapiens intueri
Poterunt, quod idem Propheta innu-
ens dixit: Non sunt loquela neque
sermones, quorum non audiantur
sermones eorum, id est non est Gens
& neq; lingua, que hanc vocem intellige-
re non possit: adde & hoc Augustini:
Sunt que Spiritum vita & intelle-
ctum ad laudandum Deum non ha-
bent, sed quia & ipsa bona sunt, & in & attrib.
ordine suo integrè disposita sunt, &
ad pulchritudinem universitatis re-
feruntur, quam condidit DÆUS,
ipsa quidam per se voce suâ & corde
suo non laudant DÆUM, sed cum ab
intelligentibus considerantur, per i-
psa laudatur DÆUS, & cum per ipsa
laudatur DÆUS, quodammodo &
ipsa laudant DÆUM. Hæc Augu-
stin: Hoc ipsum est qvod Apostolus
dicit in sua ad Romanos episto-
lâ inqviens: ipsius invisibilia
δότε κτίσεως κόσμος τοῖς μηνύμασιν ρόμπε-
τα p̄videntur, eterna videlicet ejus

Gerhar-
dius E-

xeges.

L. 2. de

Naturâ

& atrib.

Dei §.

68.

Augusti-

nus I. 8.

in expo-

sit. Ps.

148. p.

m. 622.

lit. A. B.

C. it.

P. m. 624

lit. E.

Rom. I. 2

D 3 tum

54 DE QUÆRENDA GLORIA DEI.
tum potentia tum divinitas. Sunt
qvæ cognoscuntur juxta Apostolum
Ia. ad Cor. 2. 8 invisibilia DEI, per
qvæ minimè intelliguntur myste-
ria & voluntas divina de æternâ
nostra salute, sed DEI existentis æ-
ternitas, & potentia & Deo natus di-
vinitas. Objectum ex qvo cognos-
cuntur illa, dicuntur κόσμος &
παντα. Per κόσμον intelligitur παντά.
non in secundo & 3. sed primo
Symboli Apostolici articulo, sicut

- Marc. 16. ista vox & alibi sumitur. Loqui-
v. 15. tur præterea Apostolus de omni-
Rom. 8. bus V. & N. T. gentibus, qvibus
v. 19, 20. omnibus non obtigit, ista secundi
21, 22. & tertii articuli παντα videre.
Colloff. Præpositio autem παντὸς hic notat
I. v. 15. objectum, ex qvo illa notitia peti-
Matth. 7. tur. Exstat etiam in libro sapien-
16, 20. tiæ locus parallelus, ubi homines
cap. 24. jubentur discere esse D E U M παντὸς
v. 32. Marc. 13. αὐτῶν ab illis videlicet luminari-
v. 28. bus. Igitur res creatæ omnes ob-
Sap. 18. jectum sunt ex qvibus creaturæ
v. 4. ratione & intellectu præditæ
occasionem & materiam sumunt
cogno-

cognoscendi & celebrandi DEUM
creatorem, illius æternam poten-
tiam & divinitatem. Similia
proponuntur alibi, qvæ hac vice
adducere non placet, cum ex ha-
c tenus dictis abunde pateat, finem
creationis esse *Gloriam DEI*. In
opere incarnationis Filii DEI &
Redemptionis hominum tremen-
do, *Gloria Sapientiæ, veritatis, ju-
stitiæ & misericordiæ divinæ mani-
festata est*, qvam statim ac natus
erat, deprædicant *Angeli canentes*
GLORIA IN EXCELSIS DEO.

*Luc. 2.
v. 14.*

Sapientiæ divinæ Gloria in opere
incarnationis Filii DEI hæc est,
qvod DEUS in abditis sapientiæ
suæ arcanis invenerit, deinde pa-
tesecerit per verbum, & jam exhi-
buerit modum conciliandi totum
Genus humanum in peccati &
perditionis foveam delapsum,
inscrutabilem omni rationi & in-
tellectui creato, per *Filij* scilicet pas-
sionem & mortem. *Gloria justitiæ,*
qvod DEUS non nisi intervenien-
te satisfactione *Filij* sui Genus hu-
manum receperit in Gratiam. *Glo-*

D + rii

56 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
ria veritatis, qvod promissum & diu
exspectatum Patribus Messiam in
plenitudine temporis miserit. Glo-
riam misericordie hæc est, qvod genus
humannm in peccata prolapsum
DEUS non abjecerit in abyssum in-
fernalem sicut lapsos angelos. Non
inconciñè autem à non nullis
dicitur, respexisse Angelos lapsum
Adami Gloriam divinam sibi rapi-
entis & sic DEUM in honestantis.
Adam igitur secundus istum raptum
expians DEUM glorificat, id qvod
laudantes Angeli deprædicant di-
centes, GLORIA IN EXCELSIS
DEO. Ecclesia Latina, qvod obi-
ter hic commemoro, & explicatio-
ne indiget, hunc hymnum ange-
licum sacratissimo adventus tem-
pore suspendit usq; ad Nativitatis
Festum. Qvatuor investigat &
producit suspensionis hujus causas
Gottscalcus Holen, qvarum duas
priores directas ad hypothesis Pa-
patus falsam de ianuâ coeli usq; ad
Nativitatem Christi clausa, & pas-
sione Patri V. T in inferni limbô ex-
longâ exspectatione Christi ventu-
ri

.Gott-
scalcus
Holen
sermon:
primo
super
Dom.-
adven-
tus.

ri tanquam scripturæ & analogiæ
fidei dissonas reticeo. Tertia ad-
mitti potest, ut cum majori reve-
rentiâ, honore, lætitia & devotio-
ne in Natali decantetur, qvia qvæ
cum interpolatione dicuntur,
majorem fervorem habent. Qvar-
ta eòdem tendit, ut per interpo-
lationem cantus istius hymnus
qvasi innovari videatur in Nocte
Natalis Domini, in qua primò fuit de-
cantatus, & sic cum majori lætitia
decantetur. Hæc ille. Est proinde,
ut ex antiquis Chrysostomus in per-
eleganti, qvam scripsit pro Philogo-
no, oratione Majestatem ac celsitu-
dinem hujus festivitatis conside-
rans ait : *Festum omnium Festo-
rum maxime venerandum, quod si
quis appellat omnium Festorum me-
tropolin haud quaquam aberrat.* A-
pte proinde huic Chrysostomi dicto
subjungit Carthagena: vocat celeber-
rimum Nativitatis Domini festum
aliorum festorum metropolin. Nam
sicut Græcis urbs illa, quæ matrix est
Et potissima ceterarum, metropolis
nuncupatur: ita veneranda Natalis

58 DE QUÆRENDA GLORIA DEI

Domini festivitas quia radix est & origo ceterarum : Hæc aliaq; Carthagena. Hinc & totus orbis Christianus hac ipsa festivitate cantat corde & ore suo grates & laudes DEO; gaudens de Gloriâ sapientiæ, justitiæ, veritatis & sapientiæ divinæ ; unde & Autor d. Cardinalibus Christi operibus inter opera Cypriani sermonem de Nativitate Christi ita orditur : Adest Christi multum desiderata & diu exspectata Nativitas; adest solennitas incolyta & in praesentia Salvatoris Grates & laudes visitatori suo per orbem terrarum reddit Ecclesia. Hæc c. Nec tamen terminari hanc DEI laudem in decantanda sapientiæ, justitiæ, veritatis & misericordiæ divinæ Gloria & celebratione, hac festivitate æquum est, cum fructum hunc absque fine percipientes perpetuum, per omnem quoque vitam suam non desinant Christiani revelatam in hoc sublimi Mysterio Gloriam perscrutari & celebrare, ingemiantes suam angelico exercitui sociando linguam : GLORIA IN EX-

Joannes
Carthä-
gena
in homi-
nus Ca-
thol. in
universa
religion.
Christi-
anæ ar-
cana
libr. 3.
homil.
S. p. m.
198.

Cyprian
de Car-
dinal.
Christ.
operib-
serm.
de Nativ.
Christi
p. m.
447.

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 59 Ephes. 3.

EXCELSIS DEO. Vocatio por- v. 16.
ro, Regeneratio, illuminatio, justi- Colloff.
ficatio & Glorificatio nostra fieri 1. v. 27.
dicitur ad Gloriam DEI. Est qvoq;
Pater qvi qværit gloriam filii, est Joh. 5.
Filius qvi glorificat patrem ma- v. 12.
nifestando nomen Patris homini- Joh. 17.
bus: est Spiritus S. glorificans Pa- v. 4, 6.
trem & Filium, qvi & à Patre & à
Filio glorificatur. DEUS igitur,
qvi Deus Dominus & Pater noster
est, cum omnia opera faciat ad
Gloriam suam, Nobis, qvi servi & Filii
sumus, hæc qvoq;e incumbit ne-
cessitas, ut qvæ facimus opera, faci-
amus in Gloriam DEI. Dictum
namq; ab Apostolo est. Estote imi-
tatores DEI ut filii dilecti. Nec Ephes. 5.
aliter universus Patrum Chorus. Au- v. 1.
diamus unum & alterum. Cy-
prianus ait: Si hominibus lœtum est
& gloriosum, filios habere consimiles,
& tunc magis generasse delectat, si ad Cypri-
patrem lineamentis paribus soboles an. in
subcisiva respondeat: quantò major libro de
in DEO Patre lœtitia est, cum quis Zelo &
sic spiritualiter nascitur, ut in actibus livore
ejus & laudibus divina Generositas p.m. 327
prædi-

60 DE QUARENDA GLORIA DEI

prædicetur? Quæ justitiae palma est,
quæ corona, esse te talem, de quo DÉ-
US non dicat: Filios genui & exal-
tavi, ipsi autem sp̄reverunt me. Chry-
sostomus ad illa Apostoli modō allega-
ta verba. Esłote imitatores DEI ut
filii DEI, exclamat: Pape. quid po-
terat hac voce beatius esse? Nihil

Chrysost.
serm. ii
in cap. s-
tum
epist.
p.m. 1059

pardixeris, etiam si Regnum aut quic-
quid tandem protuleris. DEUM i-
mitaberis, Deo ex æqua beris, si adver-
sario ignoveris. Idem paucis in-
terjectis sic pergit: Ecce & aliam
ad Eph. adhortationem generosiorem: Tan-
quam filii dilecti, inquit, & aliam
habetis necessitatem imitandi ipsum,
non solum ut bene nobis fiat, sed ut &
filii reddamur, tanquam filii dilecti.

Augu-
stin. T. 9.
serm. 15.
de verb:
Domini
p. m. 25.
c. 6. lit.
C.

Quoniam enim non omnes filii Pa-
tres suos imitantur, imitantur vero
dilecti, propterea dicit, tanquam fi-
lii dilecti. Augustini hæc est sen-
tentia: Invenisti Patrem, imitare
Patrem: Si enim imitari non vis ex-
baredari disponis. Hæc Augustin.

CAPUT QUINTUM.

Pertinet ad necessitatem querendi Gloriam
Dei

DE QUARENTA GLORIA DEI 61

Dei in omnibus, consideratio ingentis utilitatis, in genere in eo consistentis quod Deus glorificantes nomen suum vicissim glorificaturus sit t. Sam. 2. v. 30. id quod exemplis confirmatur. In precibus eorumque exauditione singulare illud artificium est, ut Deum vi quadam gratia Nomini sui Gloriosi quasi cogamus ad audiendum nos.

Habet præterea studium & conatus Hic omnia faciendi ad Gloriam DEI promissionem cum utilitate maximâ conjunctam quæ hæc est: Qvod DEUS Glorificantes Nomen suum vicissim glorificaturus sit Chrysost. ait: Omnia ad gloriam DEI facientes, loquentes, suscipientes tum hic tum post hujus viae peregrinationem, gloriam ab eo consequemur. Ait enim: Gloriæ affidentes me gloriæ afficiam. Hæc ille. Exempla eorum qui DEUM honorantes ab eo etiam in hac vitâ honorati sunt, præter Patriarcharū & piorum Iudicum & Regū exempla ex Scripturis nota etiam existant alia memorabilia. Exemplū præ aliis glorificati DEI exhibet nobis Eusebius in Constantino Magno: qui

i. Sam. 2. =
v. 30.
Chrysost. T.
sto Ora-
tione
Calendis
habita
p m 946

&

& ab eodem producitur exemplum
præ aliis singulare honorati vicis-
sim à DEO. Verba Eusebij hæc sunt.
Hic Romanorum Imperator, qui so-
lus DELlOmniū Regem excellenti
pietate honoravit, solus doctrinam
Christi confidenter omnibus prædica-
vit, solus etiam Ecclesiam ejus, ut ita
dicam, sicut nemo aliis à seculo un-
quam glorificavit, solus universum
multorū Deorū errorem destruxit, &
omne genus Idololatriæ refutavit,
solus etiam talibus est bonis cùm in
ipsa vita tum post obitum cumula-
tus, qualibus neminem unquam
quisquis tandem fuerit, sive apud
Græcos sive apud Barbaros, sive etiam
apud ipsos Romanos superiores poti-
tū esse quisquam edicere poterit, cum
nemo talis ad nostra usq; tempora ex
omni seculo fuisse memoretur Hæc Eu-
sebius l. c. Sicuti autem in hoc Con-
stantini exemplo speculum habent
Principes, in qvod intuentes di-
scant, Principes Deum honorantes
& glorificantes in omnibus, vicis-
sim à Deo etiam in hoc seculo ho-
norari: ita quoque in sacro ordi-
ne constitutis proponere placet ex

Eusebius
libr. 4.
devita
Con-
stantini
M. libr.
4. p. m.
215.

Trithemio exemplum *Wilhelmi*

Abbatis Hirsaugiensis, cui, qvia in omnibus non suam sed Dei Glori-
 am qvæsivit, dedit gratiam suam Deus, ut in cunctis prospere ageret, ita ut ab his seculi prudentibus omnes Hirsa-
 prudentiam videretur procedere, & ab his, qui divinam profitebantur sapi-
 entiam, sine invidia coleretur, quæ sunt ipsa Trithemii verba. Est proinde etiam in eo singulare fidei artifici-
 um, ut fideles precibus suis com-
 moturi Deum ad miserendum, ad
 adjuvandum in calamitatibus, ad
 benedicendum eorum laboribus,
 id impetrant ex vi qvadam grata
 Deo proponentes ei Gloriam No-
 minis sui. Competit Deo Gloria veri-
 tatis & fidelitatis. Tale qvoqve est
 verbum ejus, cum impossibile sit
 mentiri Deum. Fides Christiani
 constituti in angustiis animi & cor-
 poris, in temptationibus de successu
 laborum, de liberatione ex dol-
 sis inimicorum & hostium retibus,
 confortatur in spe sua, impetrat
 qvoqve qvæ petit à Deo, propter
 Gloriam veritatis, fidelitatis robo-
 ris & potentiae divinæ, quam inten-

Trihe-
mius n

Chroni-
coMona-

sterii

ad annū

Christi

1078.p.

m 76.

64 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
dit, qvam qværit. Preces Christianorum sæpius non seqvitur ex-auditio. Unde qverelæ, trepidatio, aliaq; non raro damnosa salutianimæ nascuntur vitia. Culpa non est Dei sed potentium, qvia non qværunt perentes *Gloriam Dei*,
Genes.
32. v. 9. 2.
Sam. 7.
25. 26.
27. 28.
29. Ps.
27. 8. Ps.
71. 3. Ps.
89. 50.
Esa. 38.
15. Mich.
7. 20.
Ezra 8.
21. 22. 23.
Dan. 9.
39. 17.
Matt. 17.
23.
J. 11.
33. 10.

non norunt, in istiusmodi fidei luctâ, *Deum vinci non nisi à Deo*, id est *Gloria Nominis divini*. Disce mi homo disce petiturus & obtenturus à Deo id qvod petis hoc artificium, ut cum *Jacobo Patriarcha, Davide, Esaia, Micha, Ezra, Daniele* in hanc luctam cum Deo descendas ita ut adoriaris eum verbo suoqvod verax & fidelis sit *Gloria Nominis Sui*, Magni sancti, tremendi, potentis, & non frustranea erit precatio, videantur in margine citata aliaq; multa scripturæ loca. Hoc fidei artificio *Sutor* quidam fidelis *Christianos* ex prælenti vitæ discrimine, moto ad preces suas monte, juxta promissū qvô nitebatur Christi, liberavit non sine *Sara enorū trepidatione & confusione* uti est apud *Henricum de Knygthon Canonicum Leycesterensem*.



CAPUT SEXTUM.

Ist quoque in studio quærendi in omnibus Gloriam DEI tranquillitas animi magna. Illustratur à contrario. Nulla dicitur & ostenditur sub sole tam turbulentæ commotio, in quā non posse tranquillitatem esse mente homo Christianus sincere quærens Gloriam Dei. Tranquillitas hæc facit Christianum imperterritum adversus omnem hostium multitudinem, omnes insidias, omne robur, omnem potentiam. Confirmatur dicta & exemplis illustribus. Conservat in super studium quærendi semper & in omnibus Gloriam Dei tranquillitatem mentis contra procellos ambitionis in petendis dignitatibus Ecclesiasticis, & Politicis contra insanos & furibundos flagrantissimæ impetus, contra inquietam divitiarum sollicitudinem & curam, contra dolores animæ intensissimos: Nullus denique ostenditur esse in terra thesanus cum de voto & sincero quærendi Gloriam Dei studio comparandus.

E

Habet

Habet serium & devotum
qværendi *Gloriam DEI* in
omnibus studium alias et-
iam æstimandas utilitates;

Spectandas qvam maxime in Christianâ animi tranqvillitate: Unde sollicitudo inquietans animum, unde morsus tristitiae, doloris, ipsum vitæ filum ante terminum qvandoq; frangentes? unde qvæsolisi ex defectu studii qværendi unicè *Gloriam Dei*? Mens intenta studio honoris proprii, temporalium divitarum, acqvirendæ scientiæ, comparandæ famæ, nec respiciens ultimum finem *Gloriam* scilicet *numinis divini* unicam, inquieta est, licet his omnibus abundet; & ubi videt frustrà laborari & absq; successu, ex impatientiâ ad desperationem adigitur, secum ipsa non contenta, nec raro in propria docens sævire viscera. Ast animus Christianus, qværens in omnibus *Gloriam Dei*, certus etiam de DEO Glorie sue custode assertore & vindice,

tran-

DE QUAREND A GLORIA DEI 69

tranquillitatem habet, etiam quando turbatissimus & desperatissimus videtur rerum Status. Magnam habent pacem diligentes legem, mandatum Dei, (qualem est etiam in studio quarendi semper & in omnibus Gloriam Dei) qui hoc faciunt ambulant gaudentes & sine confusione, fiducia illorum est absque consternatione & dejectione animi in maximis & fere ineluctabilibus necessitatibus, mundo interitum, mari & fluctibus ejus comminantibus & portententibus commotionem & mortibus ruinam, uti Regii psalmistæ verbis & exemplo edocemur Ps. 119.

v. 44.45. seq. it. v. 165. item Ps. 46.
v. 1.2. & seq. Chrysostomi verba sunt: Chrysost.
Non est profecto, non est omnibus cū- Tom. 5.
ris solutus ac liber, nisi solus ille, qui epist. 6.
Christo servit (est hæc servitus præ- ad Theo.
primis conspicienda in studiō quæ- corum
rendi semper & in omnibus Gloriā lapsū
Dei.) Ille semper universis quæ- p. m.
cunq; sunt, malis superior invenitur,
tantum ut se ipso adversum se utino-

68 DE QUAREnda GLORIA DEI
lit inimico. Alius ei obesse non po-
terit, nullius unquam Regis capti-
va colla^gugo submittet, non faculta-
sum damnis sollicitatur &c: Idem
nonnullis interjectis ita [pergit:
Quid celsus potest esse, quid tu-
tius, quam unam tantum nos solli-
citudinem gerere, quemadmodum
Deo placere possimus? Hæc ille. Sic
autem demum placemus DEO, si
ex verâ fide omnia agimus in *Glo-*
riam Dei. Igitur honorans DEUM,
glorificans sanctum nomen ejus,
habet hanc etiam animi eamq; se-
curam omnibusq; periculis supe-
riorem tranqvillitatem. Facit
hæc in gloriâ Dei fundata animi
tranqvillitas eum imperterritum
adversus omnem hostium mul-
titudinem, insidias, dolos, robur
potentiam, à qvibus omnia pati
paratus est, modò promoteatur
per passionem & molestias, qvas
patitur Gloria Dei; Certò etiam
persuasum habet, se huic innixum
anchoræ non succubiturum. Ma-
la cogitent & machinentur populi,

arma

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 69

arma contra te induant, consilia frau-
dulenta & dolosa ineant, & decer-
nant, in fugam tamen cum ignomi-
nia & consiliorum irritatione compel-
lentur, quamdiu tu quærens in o-
mnibus Gloriam Dei à parte tuâ ha-
bueris flantem & pugnantem imma-
nuel nostrum, quo tendunt Pro-
phete Esaiæ verba. Assistente Deo, Eſ. 8. v.
cujus quærebat Gloriam Rex Da- 9. 10.
vid, non metuit sibi à multis milli- Pj. 3. v.
bus hostium. Integra castra cœle- 7. seq.
stis militiae opponuntur congrega- Gen. 3.
tionibus hostium: Audi mirabi- v. 12.
le exemplum, sine armorum usu,
non nisi resonante ad Gloriam
& laudem Dei Alleluja, victi hosti-
lis exercitus. Cum namq; tem-
poribus Valentiniani Imperatoris
valida Saxonum Pictonumq; manus
Britannos infestaret, cum Britoni-
bus Beatissimus Germanus sponte
se offerens unâ pergit ad prælium.
Cumq; ipse Dux belli ante confe-
ctam aciem constitisset, itaq; ho-
stes congregati proprius adventa-
rent: non tubæ clangoribus, non
gladiis

E 3

gladiis

70 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
gladiis fidens, imperat solummoda
sanctus Antistes, ut cum ipse prior
inflammasset, omnes voce consonea eum
dem responderent sermonem: Moxq;
elevata magnâ voce Alleluja sonavit:
cùmq; omnis exercitus sublato ad
sydera clamore Alleluja respondisset,
cunctaque per circuitum loca resul-
tassent: continuò tantus hostes pa-
vor invaserit, ut dissoluta acie fugam
arripientes, ac si singulorum cervi-
cibus gladius immineret, tremebun-
dū ad propria refugerent, qvam Hi-
storiam recenseret in continuatione
Eutropii Paulus Diaconus. Qvis
igitur glorificans DEUM, ejusq;
honorem & Gloriam in omnibus
qværens ob machinationes & ro-
burhostiū mentis tranqvillitatem
sibi excuti patietur, cùm ex hâc di-
scamus historiâ, per devoutam &
fidelem acclamationem Alleluja
integras armatas hostiles copias
esse dejectas? Conservat porro
contra procellosas ambitionis in-
petendis dignitatibus Ecclesiasti-
cis & Politiciſ fluctus, contra fla-
gran-

Paulus
Dia-
conus in
conti-
nuatio-
ne Eu-
tropii
lib. 15.
cap. 1.

DE QUÆRENDÀ GLORIA DEI 7^e
grantes iræ in passâ repulsâ, in de-
jectione ex summis honorum gra-
dibus, in offenditionibus realibus &
verbalibus, impetus, contra inqui-
etam divitiarum sollicitudinem &
curam, contra validos & pene-
trantes cordis, ob injustam merce-
dis pactæ & præmiorum promeri-
torum denegationem, dolores
mentem Christiani tranqvillam
vel sola hæc intentio qværendi
semper inq; omnibus *Gloriam Dei*.
Qvotuscunq; inter homines est,
qvi mente. uti Poëta loquitur, solidâ
non quatitur vel uno horum mo-
tuum sollicitatus impulsu? Studi-
um autem & conatus qværendi
Gloriam Dei facit, ut dignitates non
appetat, nec adeat Christianus nisi
moderatè, quatenus instrumen-
tum esse potest *Glorie divinae* pro-
movendæ. Idem fert moderatè ali-
os hoc fine ad dignatum fastigia
tendentes. Non indignatur, non
succenset vel illis, qvi illum in ele-
ctione & promotione prætereunt,

E 4 vel

72 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
vel illis, qvibus postponitur, cum
ultimo scopus sit qværere Gloriam
Dei, in qvâ lætatur, sive ipse sive et-
iam aliis eligatur, qvi eam cum
Zelo & scientiâ promoveat. Ad-

Plutar-
chus in
Fabio
Maximo
p.m.77.
item in
Catone
Uticens
p.m.294

miratur Plutarchus Fabium Maxi-
mum, & Catonem Uticensem, illum
in exæguatione & sublimatione
Minutii ad parem imperii portionē,
hunc in Consulatus repulsa qvamā
competitoribus sustinebat, injuriā
hanc sedato & tranqillo animo fe-
rentes, cū tamen non ex studio qvæ-
rēdæ Gloriarum divinarum in illis fuerit hæc
animi tranquillitas, sed ex hac Phi-
losophorum sententia, non contu-
meliā non ignominia bonum &
probum Virum affici posse. Qvan-
tò sanctius quantò etiā laudabilius
Christiani, qvi se postponi in digni-
tatibus conferendis, suam famam
sperni non indignantur, ex solo hoc,
Fabio Maximo, *Catoni Uticensi* & o-
mnibus Gentilium viris Primariis
& Philosophis, incognito principio,
Quærendam esse in omnibus Gloriam
DEI? Rara est adeoq; in paucissi-
mis

mis conspicienda virtus, sed ea-
dem est, ex qua recte vir bonus &
pius estimatur. In Pii Secundi videan-
P. R. Commentariis hæc notanda tur Com
sunt verba: pauperiem pati, famē, menia-
& sitire corporis cruciatum & mor- rii Pii
tempro Christi nomine non nulli pos- secundi
sunt. Facturam Nominis vel mi- Go.
nimam ferre recusant, tanquam sua conscri- belino
deficiente gloria, Dei quoque Gloria pri lib.
pereat. Vir vere bonus etiam fa- 1. p. m.
mam, ubi opus est, conterunere novit. 278.

Hæc l. c. Majora & longè plura et-
iam, quamquam hactenus dicta sunt,
præstat in conservanda mentis
tranquillitate studium hoc Quæ-
rendi in omnibus Dei Gloriam, ad-
eo, ut etiam dignitates in Ecclesiâ
& politiâ summæ absque dolore,
mente serenâ & tranquillâ, relin-
quantur, modò id fiat ad Gloriam
Dei & Ecclesiæ salutem, vid. exem-
plum Davidis in posteriori Samue-
lis libro, & factum verè admiran-
dum Gregorii Nazianzeni apud
Baronium, ut offensiones, injuriæ,
calumniae, detractiones, derentio-

E s inju-

Baroni-
us T. 4.

Anna

ad anna

Christi

381 u. ss.

74 DE QUÆRENDÀ GLORIA DEI
injusta mercedis pæctæ & promeri-
tæ, hominem Christianum tran-
qvillitate mentis non moveant,
cùm illū exhilaret, & abundantem
solidis divitiis reddat conscientia
de qvæsitâ in omnibus Gloriâ Dei,
maximè autem ipsa Gloriæ divinae
facta promotio. Nullum credo
nullum in totâ hoc & vasto terra-
rum orbe donum & donum est, re-
censitum qvāvis sit inter æstimatis-
simos Cræsi thesauros, qvod hu-
ic tranqvillitatis animi bono

Cypri-
nus in
epist. se-
cunda
ad Do-
natum
p. m. s.

comparari queat: Una, inquit Cy-
prianus, placida & fida tranquillitas,
una solida & firma & perpetua secu-
ritas, si quis ab his inquietantis seculi
turbinibus extractus, salutaris por-
sus statione fundatus ad cœlum oculos
tollit à terris, & ad Domini munus
admissus ac Deo suo mente jam pro-
ximus, quicquid apud ceteros in
rebus humanis sublime ac magnum
videtur, intra suam jacere consci-
entiam glorietur. Nihil appetere
jam, nihil desiderare de seculo potest
qui seculo major est. Quam stabilis
quam

quam inconcussa tutela est, quam perennibus bonis affluens cælestè præsidium, in plicantis mundi laqueis solvi, in lucem immortalitatis eternæ de terrena face purgari. Idem paucis interjectis ita pergit: postquam autorem suū, (ad quem vel ad cuius Gloriam omnia referenda sunt) cœlum intuens anima cognovit, solo altior & bac omni terrenā potestate sublimior, id esse incipit, quod esse se credit. Hactenus Cyprianus. Hæc aliqui ego considerans, verissimum hoc esse puto judicium, nihil ab homine proficiisci posse, quod tantum pariat ac ponere possit utilitatis, quam studium sincerum & conatus integer quærendi in omnibus Gloriam Dei.

CAPUT SEPTIMUM.

Necessitas quærendi in omnibus gloriam Dei demonstrata ex pœnâ, quæ immittitur diuinitus illi, qui Gloriam Dei negligunt, contemnunt, blasphemant.

Vide

Vide autem paucis etiam, qvanta metuenda sit pœna qvanta extimescenda mala, illis, qviibus hoc studium vile est, qvi contemptâ vel spreta *Gloriâ Dei* in alios dirigunt actiones & opera sua eosq; spurios nec prodesse qvicq; quam valentes terminos. **DII** Gentilium mortui contemni possunt impunè absq; ve damno vel detrimento ullo. *Gideon* destruxit altare Baal absq; ve vindictâ ab eo vicissim sumptâ, cum *Baal* utpote inter Deos mortuos & stercoreos unus non valuerit vindicare raptum Gloriæ suæ, unde ortum nomen Ierub Baal. Non sic **DEUS Noster**, qvi vivit & Gloriæ suæ certissimus adverlus contemptores vindicet. *Qui contemnit Deum* vicissim contemnetur. Qvam tremenda pœna fuit, qvâ *Gentiles Dei* incorruptibilis Gloriam mutantes affecit, ut traditi sint in mentem reprobam & facerent qvæ minimè conveniebant! *Pharao* ex contemptu Dei ejusq; *Gloria id* consecu-

Judic.
6. v. 29.

I. Sam.
2. v. 30.

Rom 1,
v. 25.

secutus est, ut præcipitatus sit vindice Dei justaq; manu in abyssum maris & mox etiam in abyssū ignis infernalis. Qvām severē Gloria suæ contemptum ultus sit in Regum potentissimis Nebucadnezare, Sannacheribo, Herode ex sacra notum est utriusq; Testamenti historiâ. Ex Calvinio Spizelius refert exemplum vindictæ divinæ sumptæ è vestigio de contemptore Gloriæ divinæ post emissionem verborum ex impio ore prolatorum. Audiamus Calvinum ipsum: Accidit inquit nobis cœnantiibus in quodam diversorio, ut profanus Dei contemptor sermones nostros de spe cœlestis vita deridens, subinde ludibrium hoc evomeret. Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Illic repente correptus diris tormentibus cœpit vociferari, o Deus, o Deus, atque ut erat patulo gutture, sic boatu suo replebat totum cœnaculum. Ego qui in eum severè excandueram, perrexim meo more stomachosè denuncians, ut nunc saltem sentire,

Spizeli-

us in

Scruti-

nio A.

dit inqvit nobis cœnantiibus in quo- p.m.132.

dam diversorio, ut profanus Dei con-

133.

temp-

Calvi-

nus in

Ps. 115.

v. 16-

78 DE QUÆRENDA GLORIA DÉI
ret, non impunè Deo illudi. Unus è
convivis homo probus & religiosus
sed tamen facetus: Tu ne, ait, Deum
invocas? an Philosophia tua oblitus
es? cur non in suo cœlo Deum finis
quiescere? Hæc ille l. c. Memorabile
exemplum est, qvōd DEUS
severissimam sumpserit vindictam
de iis etiam, qvi contra conscientiam
contemptores fuerunt & irri-
sores Deorum, qvos per erroneam
conscientiam putabant esse veros
DEOS. Perinde namq; ab iis a-
ctū est, sicut agitur ab illis, qvi mi-
litem privatum Pampejum nomine
contemnunt, putantes Imperato-
rem esse, non militem gregarium,
ad eōque non militem sed Regem
ipsū æstimantur contemnere, qvo-
rum proinde justissima in foro soli
est vindicta. Jam audi ex Æliano
libr. 4. Histor. qvod seqvitur nunquam ex homi-
cap. 28. num memoriâ delendum factum
sive exemplum. Pherecydes Sy-
rus ob Deorum, qvos pro veris,
qvamvis falso habebat, contem-
ptum, qvia aliquando in Insula De-
locos.

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 79
lo coram discipulis suis, cùm multa de suâ sapientiâ jactavit, tum præcipue illud, qvod, etiamsi nulli Deo rem sacram faceret, nihil injuncndius ac tristius vitâ ageret, qvâ qvi hecatombos sacrificarent, à pediculis corrosus in Samo diem obiit, qvi Pythagoræ ad se accedenti digitum per foramen exertum ostendit carne undiq; nudatum, & ita totum suum corpus habere distinxit. Confer Doct. Steuber hoc de *Exemplo* judicium satis accuratum, qvod in suo de *Conscientia entia tractatu profert. Qvod si autē Deus p.m.* non statim justâ vindictæ sumptio- ne in peccantes animadvertisit, facit id ad *Gloriam longanimitatis suæ*, qvâ qvi abutitur ad Dei ignominiam & contemptum pergens in iniqvitatibus suis experietur verum esse qvod dicitur, *Deum tarditatem supplicii gravitate pœnae compensare.* Pertinent hoc verba Grego-
egria Gregorii M. qvæ hæc sunt. *rius M.*
Deus despicitur & exspectat, contemni homul.
se videt & revocat. Injuriam de con-
tem- 179, 180.
Evang.
p.m. 361.

80 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
temptu suo suscipit, Etamen quandoque revertentibus etiam premia promittit. Sed nemo hanc ejus longanimitatem negligat: quia tanto districtiorem justitiam in judicio exigit, quanto largiorem patientiam ante judicium prorogavit Eccl. Tunc igitur, qui haec legis & audis Glorie divinae contemptor, illud qvod DEUS severè mandat, qvod suo exemplo nobis ad imitationem proposito confirmat: qvod præmiis cohonestat, cuius intermissionem horribili pæna coercet, necessariū esse negabis? Absit Absit, cum hoc obtento nulla sit futura hominis Christiani ad fidē ad agnitionem & timorem DEI & ad charitatem Christianam exq; ea resultantia pietatis opera necessitas. Igitur qvicquid agis quamdiu vivis memineris mandati Apostolici: OMNIA AD GLORIAM DEI FACITE. VITA hominis quamvis longæva mille etiam transcendens annos, vita non est putanda, nisi ad hunc sit directa scopum. Longævitas vitæ spectatur vel juxta men-

ta mensuram annorum, & hoc sensu judicatur esse, qvando aliquis ultimum vitæ humanæ terminum attingit, ut fiat decrepitus senex. Hæc longævitæ vitæ censenda est benedictio & donum DEI, si dirigitur ad *Gloriam Dei*, cuius præconium & exemplum præbent de se Senes Pii Nepotibus. Absq; hæc intentione & studio qværendi *Gloriam Dei* qui vivunt longævam vitam, illis præstaret in pueritiâ & juventutemori, qvam diu vixisse, cum non vivant Deo, cui se, vitam & omnia debent, & à qvo est benedictio omnis. Est secundò longævitæ vitæ juxta desiderium & votum viventis, qvam asse-
qvuntur pii, qvando sibi ipsis vi-
dentur vitâ hæc satis functi esse,
ideoq; optant ex desiderio perve-
niendi ad *Gloriam visionis beatifi-
cæ & emergendi ex perversitate &
scandalis mundi, ante oculos sine
fine obviantibus, dissolvi & esse
cum Christo. Est tertius longævi-
tas vitæ qvoad plenitudinem vir-*

F tutum

82 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
tutum, pietatis & recte factorum;
Sic diu vixit, quietiam puer obiit,
& jam in pueritia vitâ & actiones o-
mnes direxit in *Gloriam Dei*. Ut
ne igitur vita tibi inanis & sine fru-
ctua beat, disce cito quisquis es, o-
mnia ad *Gloriam Dei* agere, & diu
vixisti, cum tempus sit mensura.
non otii, sed operis & actionum non
malarum confer Höpfnerum. Flo-
ruit sub Imperatore Hadriano Qvi-
dam Similis Nomine, ceterosImpe-
ratoris Praefectos omnes ætate &
honore antecedens. Qui abdicatâ
dignitate in agro septem annos,
quod reliquum vitæ fuit vixit, &
moriens inscribi jussit sepul-
chro: *Similis hic jacet, cuius ætas*
quidem multorū annorū fuit, septem
tamen duntaxat annis vixit, uti ex
Dione in vita Hadriani id recenset
Joh. Glandorpius. Si quis, dicerem
ego, viveret centum annos, & u-
nun duntaxat diem impendisset
*in *Gloriam Dei*, vixisse illum non*
nisi unum diem, & reliquorum o-
mniū vitæ dierum vel annorum
jactu-

Henri-
ciu Höpf-
nerus in
Com-
menta-
rio in
Psal. 91.
p. m. 118.
Johan-
nes
Glan-
dorp
in Ono-
matic.
Histor.
Roman.
p. m.
809.

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 83
jacturam fecisse & damnum. Igitur
qui vult vivere, vult & diu vivere:
Vivat semper & faciat omnia in Glo-
riam DEI.

CAPUT OCTAVUM.

Præmittitur breve compendium beneficio-
rum Dei, Creationis, Redemptionis, Sanctifi-
cationis, & constituti ordinis & consti-
tutorum statuum, finium & termino-
rum, in quibus obtinendis licetè occupa-
tus est homo, modò primarius scopus sit
quærere Gloriam Dei. Atque sic pr. mō
Christianus licetè operam dat acquirendæ
notitiae beneficiorum DEI aliorumque, quæ
scitu ad Christianum sunt necessaria &
utilia. Quæ quam necessaria sit Quæ-
renti Gloriam Dei, ostenditur. Mon-
stratur, illam, quæ connascitur & quæ ex
rationis lumine & consideratione crea-
turarum acquiruntur, notitiam non esse
medium sufficiens querendi Gloriam Dei: et
requiri igitur revelatam, quæ omnibus
numeris perfecta non datur in hac vitâ.
Notantur sciolè quidam in primo statim
in Theologiae studiis profectu somniantes
perfectam & omni errore vacuam scien-
tiā, quo ipso Scripturæ verbis, & exem-
plis, Parvum antiquæ praxi, philosophia-
rum quoque sententias suachutabiliter im-

84 DE QUARENTA GLORIA DEI
mutantim & errores revocantium factis
contrariantur: pariunt tandem rixas, con-
tentiones, schismata & Hæreses: Gloriae divi-
nae etiam magis obiunt, quam prosunt.

Deus est, qui primò creavit ho-
minē, dans ei corpus & animā,
qui & illum ad suā imaginem creavit
sanctū, rectum, & immortalem. Idem
in primā creatione indidit illi desiderium & affectum hunc seipsum
conservandi in specie & in indi-
viduo: appetitum cibi & potus, quo
nec in statu innocentiae homo ca-
rere poterat. Ordinem etiam hunc
fecit, ut vita hæc non in otio, sed in
labore perageretur, qui labor ta-
men aliis atque aliis est ante la-
psum & post lapsum. Terminum
etiam præfixit vitam in cœlis glo-
riosam, non interveniente morte,
si mansisset homo in illo statu.
Ast introeūte in homines peccato,
incubit generi humano morien-
di necessitas. Deus etiam miser-
tus Generis humani misit in tem-
pore, quod jam ab æterno decre-
tum erat, filium suum unigenitum,

ut

ut homo factus obedientiâ a-
ctivâ & passivâ totum redimeret
Genus humanum, qvod & fecit.
Reparata sic est in filio Dei incarna-
to salus hominum, cui conseqven-
dæ certa constituta sunt media-
verbum & sacramenta à parte Dei,
fides verò à parte hominis. *Idem*
revelavit in verbo voluntatem su-
am legalem, in cuius observantiâ
voluit exerceri hominem salvan-
dum, nec tamen ad salutis, qvæ so-
lius filij Dei beneficium est, conse-
cutionem. Constituit *idem* cer-
ta vivendi in hoc mundo genera:
certos etiam Status, qvos conserva-
turus est ad finem usqve mundi.
Constituit etiam & promisit con-
tra Satanæ & hostium aliorum, nec
non variorum ingruentium peri-
culorum & casuum insultus & e-
ventus custodiam militiæ angelicæ
&cœlestis. Viribus & valetudini sub-
inde deficientibus concessit repa-
rationem ex virtute creaturarum,
qvæ juxta scientiam artis Medicæ
uti liceat. Clausulam autem vitæ

F. 3 hujus

36 DE QUÆRENDÂ GLORIA DEI
hujus & terminum voluit esse mor-
tem, toti post lapsum Generi hu-
mano incumbentem, qvæ via est
ad terminum perpetuò futurum,
intentum à Deo, vitam æternam:
eventum ex sculpâ hominum, i-
gnem infernalem æternum. Qvo-
rum omnium finis ultimus rema-
tus & principalis unicus est Deus,
ad cuius Gloriam omnes hominis
actiones, status, operationes & pas-
siones, vita denique & mors de-
bent ordinari & dirigi. Constat sic,
non adversari fini ultimo *Gloriae di-*
vina, intendere etiam fines alios
huic fini subordinatos: modò sol-
licitè cayeatur, ne intendatur ali-
quid incompassibile, qvod stare
non potest simul cum siue hoc qvæ-
rendi in omnibus *Gloriam Dei*, nec
ordo immutetur, id est, ne finis in-
termedius constituatur ultimus &
vice versa. Item ne exclusivè agat homo, intendens finem inter-
medium, in qvibus omnibus faci-
t & periculosus hominis lapsus
est. Licitè proinde & laudabili-
ter

ter versatur primò homo in omnium, qvæ DEUS fecit, qvæ ordinavit, qvæ constituit, qvæ etiam hominum culpā evenerunt, & qvæ reparavit DEUS per filium, indagandā notitiā. Licitè considerat, qvæ per creationem ad imaginem DEL consecutus erat, licet qvoq; & laudabiliter de ammissione eorum & consecutis pravis habitibus dolet. Pariter se habet reliquorum, de qvi- bus breviter actum est, notitia, in qvā acqvirendā homo licet & laudabiliter occupatur: modò non acqviscat in hac notitiā tanquam fine ultimo, sed spectet Gloriam Dei: non etiam qvārat cognoscere curiosa à DEO non revelata, ad statum suum non pertinentia & promovendæ divinæ Gloriæ non conducentia. Extrema, qvæ caveri debent, hīc sunt defectus scientiæ in negleitu & contemptu, & excessus in nimiâ curiositate: Qvare hæc obsint studio qværendi Gloriam Dei, in eis qvæ sequuntur commodius dicentur, cùm hīc ni-

§8. DE QUÆREND A GLORIA DEI
hil intendamus aliud, qvam ut in-
dicemus fines intermedios cū *Glo-
riâ divinâ* compassibiles : inter
qvos locum primum habet *notitia*.
Non potest homo aliquid facere ad
Gloriam Dei, non potest laudare &
celebrare *Deum*, non potest esti-
mare beneficium *Redemptionis* per
Christum factæ, non potest exerce-
ri in ullo opere bono, non potest
appetere *Gloriam cælestis beatitu-
dinis*, nisi adsit *notitia*. Sunt
qvædam, qvorum notitia connasci-
tur : sunt, qvorum notitia compa-
ratur & acqviritur : inter qvæ qvæ-
dam ex creaturarum inspectione &
consideratione, qvædam autem &
potiora cognoscuntur ex lumine
revelationis. Lumen naturæ, &
qvæ inde oritur notitia naturalis
sive insita, sive acquisita sibi relicita
& sola, non est medium sufficiens &
perfectum qværendi cum compla-
centiâ evangelicâ *Gloriam Dei*. Præ-
stat autem hoc lumen revelationis
Gratiosæ, cujus tamen notitia per-
fecta nulla datur in ullo homine
qvam-

quamdiu in hac degit vitâ: Semper igitur in illo discendum aliquid est, semper aliquid addendum scientiæ profectui incrementum, ut proinde commiseratione & lachrymis digni sint, qui primis labiis unum vel alterum gustantes obiter Religionis arcanum, tantam sibi imaginantur scientiæ Theologicæ perfectionem, ac si nihil in illis esset vel discendum imposterum, vel etiam notitia ulteriori perficiendum: cum tamen omnis nostra notitia & scientia in hac vita sit ænigmatica, sic ex parte tantum, ut *Apostolus* in primâ ad Corinthios loquitur, epistola. Discipuli ipsius, Christi Patres ceterâ ac Doctissimi Viri lapsi sint, errorisq; suos revocaverint: sic etiâ in eis, quæ experientiâ constant, scientiæ incrementum, & subtilissimi quicque & acutissimi Philosophi non raro agnitis erroribus sententias suas immutaverint. Tanta est inquit *Augustinus*, Christianarum profunditas literarum, ut in iis quoti-

F. 8 die

90 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
diè proficerem, si eas solas ab ineunte
pueritiâ usque ad decrepitam sene-
culturam maximo otio, summo studio,
meliore ingenio conarer addiscere,
non quod ad ea, quæ necessaria sunt
saluti, tantâ in iis perveniat difficultate,
sed cum quisque ibi fidem te-
nuerit, sine qua pè recleq; non vivi-
tur, tam multa tamq; multiplicibus
Mysteriorum umbraculis opaca intel-
ligenda perficiendaq; restant, tantaq;
non solum in verbis, quibus ista dicta
sunt, verü etiam in rebus, que intelli-
gendi sunt, latet altitudo sapientia,
ut unnoissimis, acutissimis flagran-
tissimis cupiditate discendi hoc con-
tingat, quod eadem scriptura quo-
dam loco habet: Cum consumma-
verit homo, tunc incipit. Hæc Au-
gustinus. Aliter qvi in addiscen-
dis fidei Mysteriis versatur, Scio-
lus est, non autem doctus & eru-
ditus, scientia ejus etiâ desinit tan-
dem in rixas, contentiones & schis-
matata, qvod tristia exempla schis-
matum & Hæresiū variarum testan-
tur, obest qvòq; magis studio qvæ-
ren-

Ecclesi-
astici
18. v. 6.
Augu-
stini. T.
2. epist.
3 ad Vo-
lucanū
P m. 4.
lit. D &
E.

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 91
rendi Gloriam Dei, qvàm ut pro-
fit.

CAPUT NONUM.

Notitiam Dei & Mysteriorum sequitur status
& operatio certa. Status & genus vitæ
certum ad Gloriam Nominis divini recte
eligitur. Intentio quoque bona est, ne-
quaquam pugnans cum Gloriâ Dei, perfice-
re in certo quodam vitæ genere DEO & ho-
minibus inserviendo sanctam DEI volun-
tatem. Illud etiā ex fugâ laboris & adver-
sitatum, item ex superstitione deserendu-
m non est. Superstitionis vis maxima
est, abstrahens homines ex quocunq; vitæ
genere, & abdēns in claustra Monacho-
rum. Agitur hic prīmo de Episcopis ex
efficaciâ superstitionis abstractis à curâ
animatorum. Quæ superstitione refutatur.
Agitur secundò de Regib; & Principib; ex
efficaciâ hujus superstitionis abstractis à
sede & throni regalib; & Principaliib;
quæ superstitione itidem rejicitur. Agitur
tertiò de Conjugib; à se invicem, Paren-
tibus à liberis, Dominis à Servis ex hac su-
perstitionis efficaciâ abstractis. Quæ in-
tidem improbatur & exploditur.

SCIENTIAM seqvitur operatio,
qvæ vel communis est, Christi-
anismi

92 DE QUÆRENDA GLORIA DEI.

anisimi, vel etiam pro diversitate
Statuum publicorum, in quo quis ver-
satur, nec non conditionis disparis,
varia etiā & dispar. Status & Genus
vitæ certum, in quo velit quis DEO
ad *Gloriam* Nominis divini inser-
vire licet & laudabiliter, pro ra-
tione instinctus & captus eligitur.
Intentio quoque laudabilis est ne-
quaquam pugnans cum *Gloria Dei*
convenienter statui suo se gerere,
laborare noctes atq; dies, & perfice-
re ita sanctam voluntatem DEI in
ministerio DEI & hominum. Nec est
ex fuga laboris & adversitatum, nec
ex levitate & superstitione deserend-
um officium, cui se cum judicio
semel quis addixit, facturus tamen
illud ubi necessitas, occasio et-
iam magis promovendi *Gloriam*
Dei doctorum & piorum judicio
probata appetet. Est autem *super-*
stitutionis maxima vis despotice &
tyrannice conscientiis hominum
imperans ad deserendum statum &
vitæ Genus laudabile & divinum,
in quo uberes ad promovendam

Dei

DE QUAREND A GLORIA DEI 93

Dei Gloriam & salutem publicam
& privatam domus & familiæ fru-
ctus præstare poterant, si volunta-
ti DEI conformiter institissent vo-
cationis viæ, qvam semel ingressi
erant. Abstraxit illa Pastores Ec-
clesie & animarum Episcopos à ca-
thedris, cui præfuerant, & curâ ani-
marum, Principes ex solio Regali &
regimine, Maritos ab uxoribus, Pa-
rentes à liberis, liberos à parentibus,
omnesqve hac superstitione fasci-
natos in claustra Monasterii ab-
didit futura stolidi, turpis & vilissi-
mi servitii mancipia. Abstractos
Episcopos ex superstitionis efficaciâ,
& vano perfectionis monasticæ so-
mnio à curâ animarum non reti-
cuit ipsum Martyrologium Roma-
num & Baronius in notis ad illud. Martyro-
Apparet ibi Vulframus Episcopus Seno-
nensis, qvi relicto Episcopatu[m] in Mo-
nasterio Fontanellæ clarus decessisse
se dicitur miraculis. Eadbertus
Episcopus Lindisfarnensis in An-
glia, qvi cùm duòs tantùm sedisset
annos, rediisse dicitur ad Monaste-
rium

log. Ro-

manum

20 Mar-

tii p, m,

183.

Baro-

nius ad

Marty-

rel. Ro-

94 DE QUAREND A GLORIA D E T

man. 6. rium. *Iustus Episcopus & Confessor*, qvi *Episcopatu* cedens & in e-
 Maj. p. remum *Ægypti* unà cum Viatore
 m. 282. ejus lectore secessit: *Mauritius E-*
Marty-
rol Ro-
man. 2. *piscopus*, qvi *Episcopatū* abdicant-
Septem- di, uti *Baronius* ex *Petro Damiano*
br. p. refert, factus est exemplum: *Gisle-*
m. 546. *nus Episcopus & Confessor*, qvi reli-
13. Se- cto *Episcopatu* Monachi vitam in
ptembr. *Monasterio* à se constructo exercu-
p.m. 567. *isse & multis virtutibus claruisse*
& Baro- dicitur. Addantur his ex *Trithemio*
nii no- exempla similia *Ansfredi Episcopi*
ras p. m. *Trajectensis*, & *Hereberti Episcopi*
568. *Altisiodorensis*; *Gabriel Bucelinus* re-
Marty- fert exemplū *Maglosij*, qvē prædicti-
rol: Ro- one *Sampsonis* ad Archi-Episcopa-
man. 9. *tum Dolensem* evectum esse ait,
Odo br. qvem tamen ait idem esse postea jus-
p.m. 626 sum ab *Angelo* solitudinem petere,
Trithem- qvō liberiū uni DEO vacare, ejusq;
mius in laudibus se totum impendere pos-
Chro- set, adeoque relicto pontificatu
nic. Mo- *Monasterii* & cellulæ suæ repetiisse
nasterii quietem. Vides amice *Lector*, non
Hir/aug. necessitatem ac vim externam,
anno 1 1000 p.m. non etiam senium & debiles cor-
43. poris

DE QUÆRENDA GLORIA DEI. 95

ris planeq; ex infirmitate exhaustas vires abdicati Episcopatūs prætendi causam & occasionem, qvod reprehensione caret, in quo laudatur à Simeone Dunelmensi Cineulfus Episcopus Lindisfarnensis, qui consecratus senio & labore cum consensu totius congregationis officio Episcopatus cessit, sed superstitionem de Gloriâ Dei melius promovendâ instau Monasticodivinitus non instituto, quam in statu & officio Episcopatus.

Opus Episcopatus Bonum laudabiliter desiderari Paulus docuit, utpote non intentum tautum Gloriæ divinæ exemplo & doctrinâ Ecclesiæ promovendæ, sed & totum quantum quantum est ad hunc scopum, ad hanc destinatum metam. Superstitionem tamen docuit huic contraria, laudabiliter illud deserii, nec esse gloriæ divinæ propagandæ aptum satis opus, adeoq; licitum fecit, qvod omni tempore & ex senioribus doctorum & piorum qvorumvis judiciis estimatum fuit illicitum.

annis

1047,

p.m. 50.

Gabriel

Buceli-

nus in

Meno-

logia

Bene-

dilino,

24. O-

florbr.

p.m. 732

S meon

Dunel-

menfis

in hi-

floria

Dunel-

menfis

libr. 2.

exp 4.

p. m. 11.

12.

i. Tim.

3. v. 1.

Chrysostomus
Tom. 5.
Epistola
3. p. m.
977,

96 DE QUARENDA GLORIA DEI
tum. Chrysostomus per violentiam sede Episcopali dejectus pervenit ad Civitatem quondam, à cuius Episcopo amicè satis & honorifice suscepitus est: addit autem in epistolâ quâdam ad Cyriacum item Episcopum exulem quædam quæ huic superstitioni planè sunt contraria. Episcopus, inquit, bonus civitatis me quam humaniter exceperit, multamq; in nos declaravit charitatem, atque adeò, si licuisset, sede suâ nobis cessisset, ni nos à Patribus præscriptam legem observassemus. Ecce! Non licuit tempore Chrysostomi Episcopatu cedere: fuit temporibus Chrysostomi usitata hæc à Patribus observatio, ut illicetum esset abdicatum episcopatum cedere alii, etiamsi digniori & doctiori. Illicita proinde est hæc ex superstitione officii Episcopalis facta abdication, non promovens, sed imminuens Gloriâ Dei, utpote probroso & ignominiosa ipsi auctor, omnibus etiam Episcopis, inter quos constat multos fuisse sanctos Martires

tyres & confessores, quasi vel non
inservierint laudi & Glorie divine,
vel etiam tanto cum Zelo, fructu
& utilitate id non fecerint, quam Joha-
naciunt impuri, & superstitionis Mo- nes Epis-
nachi. Prolixè & doctè hanc su- scopus
perstitionem olim expugnavit Jo- Eyste-
hannes Episcopus Eysletensis, cum tensis in
qvo, si placet, confer Celeberri- epist. 2.
mum qvondam Academiæ Parisi- edita cù
ensis Cancellarium Jobannem Ger- præfati-
sonem. Nos jam ad ea pergimus, one Vitt.
ad qvæ ordo antè dictorum nos du- Spachii
cit. Igitur Potentissimos etiam p. m. 20.
Principes, mundiq. Monarchas à sede seq.
& thronis regalibus, Rectores re- Joh.
rum publicarum à regimine, Pa- Gerson
tres populorum à filiis & subditis part. I.
abstraxit eadem regnum aliquan- Operum
do in animis hominum habens su- in libela
perslitio. Exemplum Lotharij Im- seribili-
peratoris videre licet apud Tritbe- tate PA-
mium & Aventinum, qui & ante à pæ, con-
egerat de Carolomanno abdicato siderati-
Imperio in claustrum Monasticum one 9.
se abdente, qui & profert exem- lit. K.
plum Europolatis Imperatoris Con- minu in
stantia Chroni-

G

Constantia Chroni-

eo Mō- stantinopolitani, qvi post res infeli-
 nast. citer gestas ex superstitione Mona-
 Hirsau- sterio se mancipavit. Crantzus
 gies. ann exhibit exemplum Regis Bulgarorū
 855. p. & Wandalorum, qvi postquam ad fi-
 m. 14. dem Christianam conversus fuit,
 Aven- religione (verius dixisset supersti-
 tin libr. tione) adeo efferbuit, ut majore filio
 4. Ann. in Regnum coronato, ipse ingressus
 Bojor. p. religionem DEO se totum obtulerit.
 m. 411, Cūmq; intelligeret, Regem filium re-
 412. libr. labi in Paganismum, demissō ad tem-
 3. Ann. pus Monasterio arma induerit in filiu-
 Bojor. p. um, eog; capto, & exoculato minorem
 298. lib. filium Regno præfecerit, regressus in
 4. Ann. Monasterium. De Constantino Sco-
 Bojor. p. torum Rege, item Augasio Regulo
 p. m. 352. videri potest Joh. Major. Exem-
 Crant- plūm Regis Ceolvusi exhibit Simeon
 zius in Dunelmensis. Exempla Offæ Ori-
 Metro- entalium Regis, & Ruperti oriundi &
 poli libr. sanguine Regio antiquorum Saxo-
 2. cap. 12 num Generis, item Fællani ejusq;
 p. m. 121 fratribus vide apud Gabrielem Bu-
 Job. Ma celinna. Alia quoq; numero
 jor naci- plura exempla legi apud Trithemi-
 one Sco- um, Crantzum aliosq; possunt.
 tus libr.

Con-

DE QUAREND A GLORIA DEI 99

Conculcatus quoque ex hâc in-
frunitâ Papatus superstitione fuit ^{sis Sed} torum
Status Politicus, quasi servire DEO ^{cap. 2.}
in promovendâ Gloriâ divinâ, salu- ^{f.m. 40.}
te publicâ & privatâ non liceret ^{a. item}
Principibus in eo constitutis, sed ^{libr. 4.}
major occasio omnia in Gloriam ^{c. 4 f m.}
Dei faciendi cucullatis daretur Mo-
nachis, cùm tamen sancta DEI sit ^{57. b.}
ordinatio, in qvâ qui prælunt be-
nè, vocantur Ministri Dei ad Glori- ^{Simeon}
am justitie, Dii in terris, cùm ima- ^{Dunel-}
go qvædam sint potentia, justitia, ^{in hi-}
veritatis & benignitatis divinae. ^{stor. Ec-}
Studio in verâ animi devotione & ^{clesie}
pietate qværendi in omnibus Glo- ^{Dunel-}
riam Dei, conversatio in palatiis, ^{mens.}
& inter homines seculares impe- ^{libr. 2.}
dimentum nullum dabit; Sicut ^{c. 1 p. m.}
nec palatiorum cum claustris Mo-
nachorum permutatio propensi- ^{9. quem}
rem & majorem subministrabit fa- ^{quoque}
cultatem & occasionem eò diri- ^{vide c. 2.}
gendi actiones suas: cùm etiam ^{p. m. 11.}
Et noster regnus oculos nôi dies exprimé- ^{Gabriel}
rus pii splendere possint ac Phasenpus ^{Buceli-}
Et noster ut luminaria in mundo, di- ^{nus in}
cent ^{Menolo-}
G 2 ^{gio Be-}
cent ^{nedicti-}
p.m. 733. ^{no 25. O.}
Eobr.

100 DE QUAREnda GLORIA DEI

go. O-
 dobr.
 p.m.745
 Phil. 2.
 v. 15.
 Ambros.
 Tom. 5.
 libr. 7.
 in Lucā
 cap. 10.
 p.m.101.
 Gregor.
 M. lib.t.
 exposit.
 Moral.
 in Jobū
 e. 2. p.
 m. 22.
 Erasmus
 in Scho-
 diis suis
 in epist.
 Hiero-
 nimi ad
 Heliodo-
 op. e-
 pist. p.
 m. 6.
 Libr. 2.
 Revelat.

cente Apostolo, cùm Ambrosio teste
 Adamo non loci, sed morum mutatio
 naturæ suæ fecerit exitium: Ipse et
 iam Gregorius M. dicat, laudabile
 esse si boni sumus cum malis: & ve-
 rissima hæc sit Erasmi de desertio-
 ne mundi in ingressu Monasterio-
 rum frustrà exspectandâ, nisi ho-
 mo seipsum suas cupiditates pra-
 vas deserat, sententia. Si mun-
 dum, ait, vocas affectus à Christo ne-
 lienos: puta fastum, avaritiam, in-
 vidiam, libidinem: hic mundus in-
 era te est: à te ipso fugias oportet: A-
 lioquin & in Monasteriis quantumli-
 ber semotus mundum invenies: Qvò
 & pertinet iterum hæc ex sterquilini-
 o selecta margarita: Locus qua-
 liscunq; non obest alicui, si voluntas
 fuerit bona, nec prodest, si intentio
 fuerit mala. Audi & hoc Petri
 Blesensis: Periculosa est locorum mu-
 tatio, & signum anime agrotanis.
 Qui locum mutat, quasi qui fugit
 umbram corporis sui, seipsum fugien-
 do circumfert. Regnum Dei inta vos
 est, unde possis placere altissimo. U-
 berito-

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 103

berioris Gratia est, intra seculares es-
se religiosum, inter impios esse ju-
stum. David cum his, qui oderunt p. m. 156
pacem, erat pacificus, Joseph in Æ-
gypto cum Pharaone, Daniel in Baby-
tone cum Nabuchodonosore, Tobias in Ps. 120.
Ninive, Chus in consiliis Absolon, v. 7.
Abdias cum Achab & Jezebel: nihil Gen 19.
tamen de istorum merito minuit aliena Gen. 2.
malitia, immo eorum adauxit me- v. 41.
ritum societas impiorum. Hæc Pe- Dan. 2.
trus Blesensis. Abstraxit eadem Tob. 1.
vis superstitionis Conjuges à le invi- v. 11.
tem, Parentes à Liberis, liberos à pa- 2. Sans.
rentibus, servos etiam ab obediens- 16. v. 20.
tiâ Dominorum. De Priscilliano i. Reg 18
antiqvo Hæretico ita Augustinus: v. 5.
Priscillianus conjuges, quibus hoc Petrus
malum poterat persuadere, disjunge- Blesen-
bat, & viros à nolentibus fœminis, & sis epist.
fœminas à nolentibus viris. Quid 102. ad
aliud per aliquot secula fecit, & ad- Abbatē
huc hodiè facit Papatus, in quo ma- quendā
trimonium ratum non consum- piūm &
matum, per solemnem religionis devotū
p. m. 190.
191.

G 3 pro-

Augustin. T. 6. in libr. 2. adv. Heres. ad Quod
vult D. cap. 70. p. m. 12. lt. D.

Concil.
 Trident.
 Sess 24,
 c. 6.
 Bel-
 larm.
 T 2 lib.
 2 de Mo-
 nat h. c.
 38. p m.
 368 l. t. B
 Gabriel
 Buceli-
 nus in
 Menolo
 gio Be-
 nedict.
 25 & 28.
 Octabr.
 p. m. 735.
 241. itē
 28. O-
 cto b. p.
 m. 742.
 29. Oct.
 p. m. 743
 Leid-
 bresse-
 rus libr.
 2. c. 5. p.

professionem alterius conjugum
 dirimitur, ita ut contrarium faci-
 entes anathemate feriat? Bellar-
 minus etiam alterum conjugum
 repugnantem posse cogi statuit, ut
 faciat, quod tenetur facere, id est, ut
 liberam dimittat partem, qvæ so-
 lemniter vovit. Auferunt sic ex
 superstitione suâ, qvibus hoc ma-
 lum possunt persuadere, viros no-
 lentibus fœminis. De Offa Rege
 Orientalium Saxonum ob professi-
 onem Monastici Status deserente u-
 xorem, agros, cognatos, Patriam,
 item de Farone vel Pharo ejusq;
 conjuge Blidechilde legatur Buceli-
 nus, apud qvem vide qvoq; exem-
 plum Briotage Virginis abstractæ
 ab obedientiâ parentum, nec non
 Ermetiridis Virginis, & confer Leid-
 bresserum in dissertatione suâ Po-
 liticâ super doctrinæ capitibus in-
 ter Academiam Parisiensem & Jesu-
 itas cōtroversis. Qvam parum
 hæc conveniant cum verbo DEI,
 cum sanâ, qvam tamen inaniter
 crepant, antiquitate, alibi prolixè
 ostendit.

D E Q U A R E N D A G L O R I A D E I 103

ostenditur. Patres certè Concilij mille.

Gangrensis aliter suaserunt olim, 113.

judicantes, Gloriam DEI per superstitionem con-

jugum, parentum, liberorum non pro-

moveri, sed minvi & impediri,

undè & anathemate percuiserunt

hoc facientes ex praetextu pietatis

& majoris cultus divini. In Codice

enim Canonum universæ Eccle-

siaæ edito & notis illustrato à Chri-

stophoro Justello Canon 73, 74, 75, tuus &

qui sunt Canon 14, 15, 16, Concilii notis il-

Gangrensis, ita sonant: Si quamuli lustratus

er à marito suo divertat & secedere à Justel-

lo velit, nuptias abhorrens, anathema

fit. Si quis filios suos deferat, & eos

non alat, & quantum in se est ad pie-

tatem, & debitum DEI cultum non

instituat, sed exercitationis praetextu

negligat, anathema fit: Si qui filii

secedant à parentibus maxime fidelis-

bus divini cultus praetextu, debitumq;

parentibus honorem non exhibeant,

præposito videlicet apud ipsos divino

cultu, anathema fit. Non igitur ti-

bi, qui qvaris in omnibus Gloriam

Codex

Canonū

univer-

sæ Eccle-

siaæ edi-

tuus &

notis il-

lustratus

à Justel-

lo Tom.

i. Bibli-

othecaæ

Juris

Canoni-

ci Veter-

ru ope-

râ &

studio

Guliel-

mi Voelli

Theolo-

gi Ser-

bonici,

104 DE QUÆREND A GLORIA DEI

Hen-
 rici Ju-
 stelli
 Christo-
 phori F.
 Lutet. &
 Pariso-
 rum
 Anno
 1661. e-
 die p.
 m. 42.

DEI, autor & suasor ero, ut ullum
 horum facias deserendo Statum &
 vocationem tuam, sed ut rationem
 habeas in vocatione tuâ eorum,
 q̄t tibi ad curam animæ, corporis
 & bonorum commissi sunt, ut pro
 viribus & facultatibus omnes offi-
 cii tui partes strenuè obeas, capias
 cum tuis exinde emolumentum a-
 nimæ, corporis & bonorum, ita ta-
 men, ut hæc omnia faciens respi-
 cias semper Gloriam DEI.

CAPUT DECIMUM.

Naturale est homini vitæ desiderium. Chri-
 stianus proinde etiam tunc vitæ suam ha-
 bet curam: vitat pericula, ut vita con-
 servetur. Notantur quidam hic pec-
 cantes. Quæritur primò quid sentien-
 dum de illis, qui ex amore Martyrii perfic-
 tiendi sponte olim se obtulerunt judicis
 Gentilium? distinguitur extraordinarius
 spiritus S. impulsus à modo agendi ordi-
 nario. Ille quibusdam fuit in principiis
 Ecclesiæ concessus, de quibus egit Sulpitius
 Severus, qui dicit Professores. Varia ad-
 ducentur hærum Martyrum exempla. Esb-
 nicorum de hæc Christianorum Martyr-
 rum

EHB

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 105
rum alacritate judicium: cui opponitur
judicium verum & Theologicum, quo a-
gitur de appellatione Spiritus S. qui dia-
ctus est à Tertulliano Xystarches. Refu-
tatur obiter Cornelius à Lapide. Ordin-
narius modus agendi admittit intenio-
nem declinandi pericula, fugam & re-
demptionem pacis pecunia factam.

Postquam jam actum est in an-
tecedentibus de electione cer-
titatæ generis, permansiōne in il-
lo constanti, curâ promovendi bo-
num publicum & privatum, in quib-
us omnibus ex mandato divino
licitè occupatur Christianus, respi-
ciens tamen & Quærens semper
& in omnibus Gloriam DEI, proxi-
mum est, ut consideremus etiam
ea, quæ cujuslibet vitam, corpus,
eiusq; conditionem, sustentatio-
nem, mortem denique ipsam con-
cernunt. Est vitæ conservandæ
desiderium homini naturâ innata-
tum. Omnium etiam naturale
est homini potius facere jacturam,
quam vitæ. Licitè proinde id a-
git, id curat etiam Christianus, ut
G.S. vita

106 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
vitæ pericula caveat, ut vita conser-
vetur ac producatur, modò uti eâ
velit ad *Gloriam DEI*. Tempore
persecutionis & peculiarium casu-
um peccatum esse hic à multis, non
possimus diffiteri. Fuisse 1. de-
prehendimus, qvi extra periculum
vitæ constituti, professi sunt extra
casum necessitatis *Christum*, & vi-
tæ passi sunt jacturam. Fuisse 2. con-
stat etiam, qvi Zelo castitatis sibi
ipsis violentas intulerunt manus.
Fuisse 3. legimus, qvi Zelo castita-
tis corpora sua mutilarunt. Fu-
isse 4. compertum est, olim & ad-
huc esse, qvi vitæ suæ nullam ac
parvam habentes rationem ex Sto-
ico contempru omnia contra
pestem media prophylætica susq;
deq; habent, nullum æstimantes
ex peste contagium. Fuisse 5. &
adhuc esse novimus, qvi invasi ab
aggressore armis nocivis, vitæ suæ
prodigi dispensatores perire manu
aggressoris maluerunt, qvam ne-
cessariam, fervato moderamine
in culpatæ tutelæ, vitæ suæ suscipere
defen-

defensionem. De singulis seren-
dum erit hic judicium, qvando-
qvidem paulò antè dictum est, na-
turale esse, ut qvilibet vitæ suæ
conservanda habeat curam, nec id
pugnare cum *Gloria Dei*. Quid i-
gitur i. dicendum de illis erit, qvi
non qvæsiti ad *Martyrium*, nam et-
iam interrogati de fide, sponte oc-
current olim *Judici Gentili* ex a-
more perferendi *Martyrii*? Nolo
ego iniquus esse *Martyrum* sancto-
rum censor, nec tamen etiam na-
turalem instinctum, quo qvilibet
agitur ad vitæ suæ conservatio-
nem, negare potero, ne *Gloria*
Dei *Martyrio* qvæsita videatur per-
suadere id homini, ut cum studio
illo vitæ amorem naturalem exu-
at. *Disputatione* proinde hic opus
esse puto inter extraordinarium
Spiritus S. impulsum *Glorie Jesu*
Salvatoris Nostri inservientem :
& inter ordinarium agendi mo-
dum. Fuit ille primitivis Eccle-
siæ Christianæ hominibus qui-
busdam concessus, ut *Gloria Christi*
exal-

taq

108 De QUÆRENDA GLORIA DEI
exaltati ad dexteram Patris, ejusq; virtutis in Martyribus hisce extraordinariè se exserentis nota fieret. Sulpitius namq; Severus refert, fuisse olim inter Christianos, qui multò adidius Martyria gloriofis mortibus quæsiverint, quam nunc Episcopatus pravis ambitionibus apperuntur. Ortus hinc Professorum titulus, datus illi juxta Cypriani sententiam, qvi non interpellatus Martyrio se ingerebat, conferatur Baronius. Placet annotare exempla qvædam, non ut, qvi non eodem agimus Spiritu, ea imitemur, sed ut mirabilem illam cælestis Spiritus in Sanctis suis attendantes vim, & hâc alacritate Martyrum utamur in Dei Gloriam, laudantes illum, qvi tam illustribus voluit Gloriam Nominis Jesu demonstrare exemplis, nostram etiam excitan tes socordiam, qvæ facit, ut vocati ad passiones, plusq; muliebrem geramus animum, qverelis omnia miscentes, sæpius etiam veritatem & pietatem levissimæ calamitati post-

Ortho.
doxo-
grapha
Patrum
Latino.
vum
scripta
Tom. 2.
libr. 2. in
Sulpitii
Sever:
biß. p.
m. 535.
Baron.
ad Mar-
tyr. Rom
2. .aj
nuar. p.
m. 12.

De Quærenda Gloria Dei 109
postponentes. Audi igitur, ô mol-
licule, qvæ dicturus sum. Recenset
in memor. Sanctor. Sanctus Elo-
gius inter illos Martyres, qvi sese
Martyrio sponte obtulerunt, Feli-
cem qvendam Martyrem, qvem aie
Cæsareâ Mauritania Gerundam usq;
Martyrii cupidum perrexisse. Fra-
tres fuerunt & pueri Justus & Pi-
etor, qvi cùm in ludo literario li-
teris imbuerentur, projectis in
Scholâ tabulis sponte ad Martyri-
um cucurrerunt, & mox à Daciano
Præside teneri jussi & fustibus cædi,
cùm se mutuis exhortationibus
constantissimè roborarent, extra
civitatem perducti à carnifice ju-
gulati sunt. Eusebius qvidam Mar-
tyr in Phæniciâ ultrò Præfectum
adiens, & se Christianum esse denun-
cians, ab eo multis tormentis affli-
ctus & capite cæsus est. Eulampia
Virgo cùm audisset, fratrem suum
Eulampium pro Christo torqueri,
exiliens in medium turbam, e-
umq; amplexata sociam se illi ad-
junxit, Varus miles, qvi sub Ma-
ximi-

110 De Quærenda Gloria Dei.
ximino Imperatore, dum sanctos se-
ptem Monachos in carcere deten-
tos visitaret atque reficeret, uno
ex ipsis defuncto, in ejus locum
subrogari petiit, & cum illis sævis-
sima passus Martyrii palmam ade-
ptus est. Filius Christianæ mulie-
ris qvinq; annorum cùm balbuti-
endo Christum confiteretur, nec
blanditiis, nec minis retineri pos-
set, in ignem, ubi mater ardebat,
se dedit præcipitem. Ethnici vi-
dentes hanc Christianorum Qvo-
rundam περιπλον festinantium ad
Martyrium, interpretati sunt furo-
rem & insaniam miserorum homi-
num vitæ suæ pertælorum: unde
& apud Tertullianum Arrius Anto-
ninus sub Imperatore Adriano di-
cebat Christianis: ò miseri, nonne
laqueos & præcipitia ipsi habetis? Ve-
rius dicitur, fuisse illam alacritatem
non sine operatione Spiritus, ex
interno & extraordinario qvodam
motu, impulsu seu vocatione DEI,
qvæ omni dulcedine dulcior illis
fuit gravissima etiam pœnarum
cru-

Tertull.
in libr.
ad cœ-
pu m
p. m. 554

DE QUÆRENDA GLORIA DEI . III.

trudelium tolerantia. Audiamus Arnob.
 Arnobium Itane istud non divinum & libr. 2.
 sacrum est, & sine Deo eorum tantas
 animorum fieri conversiones, ut cum
 carnifex, unci, aliisq; innumeri cru-
 ciatus impendeant, eredituri velut
 à quâdam dulcedine atque omnium
 viventium amore abrepti cognitas
 accipient rationes, atque mundi o-
 mnibus rebus preponant amicitias
 Christi? confer & egregia Hiero-
 nimi verba apud Paulum Aringhum
 in Româ Subterraneâ. A Tertulli-
 ano Spiritus S. propterea dictus est
 eleganter Xystarches, seu Xysti P. m. 102
 Præses. Erat autem, ut à Meibo-
 mio rectè est observatum, Xystus la-
 tinis porticus tecta, ubi athletæ
 per hyemem exercebantur: de
 qvâ Cicero in Bruto: Cum ambu-
 larem in Xysto & esse otiosus. In
 dè Xystici Gladiatores, qui non in
 arenâ, sed porticu, & ambulachris
 hiberno tempore pugnabant, con-
 feratur B. Rhenanus. Xystarches
 igitur Martyrum Spiritus S. extra-
 ordinario qvodam & heroico mo-
 tu

Pauli A-
 ringhi
 Roma
 Subter-
 ranea
 Nov. 5.
 Tom. I.
 libr. 1.
 Cap. 31.
 §. Mei-
 bonius
 in notis
 ad libr.
 ad An-
 nal. IV.
 tichindî
 p. m. 59.
 B. Rbe-
 nanus
 in libr.
 Tertul-
 liani ad
 Marty-
 tu resp. m.
 463.

412 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
tu qvosdam ad certamen fidei &
Martyrii obeundum impulit & ex-
citavit, dans illis alacritatem, offe-
rendi se ultrò & sponte in *Gloriam*
excitati Jesu à mortuis, & exaltati ad
dexteram DEI Patris judiciis secu-
laribus *Gentilium*, concedens por-
rò illis robur, fortitudinem & con-
stantiam ad confusionem *Gentili-*
um, sustinendi omnes cruciatus, in
q*vibus* ipsos Carnifices magis,
q*vam* athletas Christi exassistentia
divinâ defatigatos esse, constat:
undè, q*vod* obiter addo, somnium
merum est, *Gloria divina* contra-
rium, q*vod* Jesuita Cornelius à La-
pide docet: Deum per Mariam tan-
quam Matrem familias, & Media-
tricem distribuere Martyribus forti-
tudinem, Confessoribus patientiam.
Si autem ordinarius attenditur
modus, in iis, q*vibus* *negotia* &
alacritas illa extraordinaria concele-
sa non fuit, probo intentionem de-
clinandi pericula, imò etiam fu-
gam & interpositum pretium re-
dimendi pacem & vitæ conserva-
tio-

Corne-
lius à
Lapide
in Cap.
23. Pro-
verb. p.
m. 897.

DE QUERENDA GLORIA DEI 13

tionem, in quā non video *Gloria Nominis Jesu* aliquid fuisse detra-
ctum. *Dixerim* potius, eos, qvī
ita absqve peculiari & extraordi-
nario *Spiritus* intus agentis instin-
ctu egerunt & agunt, tentatione
Dei, *Gloriae* ejus adversari, qvos pro-
inde ante conflictum audaces ni-
mum, *Deus* vicissim de honestat, i-
ta ut turpis & pious abnegatione, *Glo-
riae* *Nominis* *Jesu* non asertores, sed
proditores evadant. *Petrus* ipse
nimium de se suisq; pr̄sumens vi-
ribus, adeò, ut & pro & cum *Christo*
se moriturum esse, temerariè ja-
staret, triste mox triplici suā abne-
gatione exemplum pr̄buit hu-
manæ imbecillitatis, facile caden-
ris, nisi divino sit suffulta auxilio.

Smyrnensis Ecclesia apud *Eusebium* *Eusebini*
refert, *Pbrygen* qyendam nomine *libr. 4.*
Quintum non religose, sed proter-
vius cum reliquis ad tribunal pross-
liisse, accaptum visis bestiis animo re-
missō tandem salutem suam perdidis-
se, *& sic manifestum omnibus dedisse*
exemplum, non debere se quenquam

H talia

114 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
talibus temere & sine religione cum
audaciâ ingerere. Refert exem-

Nicola-
us Vede-
lius in
Pa-
nacea
Aposta-
liae libr.
3. c. I. p.
m. 437.
seq.

plum memorabile Nicolaus Vede-
lius de Bergibano qvodam Torna-
censi Belgâ, qvod ita habet: Bergi-
banus is multis donis à DÉO exorna-
tus, adeò in sacris literis profecerat,
ut sàpè ad fideles publicos sermons
baberet, antequam Petrus Brullius
Tornacum venisset: qui ut primùm
in vincula coniectus fuerat, Bergiba-
nus inter primos à Magistratu quaesi-
tus ad carceres fuit. Sed quod li-
ctores eùm domi nō deprebendissent,
seu verè absens fuerit, seu absentia-
m finxerit, adeò doluit eo nomine,
ut decreverit seipsum captivum exhi-
bere & causam communem cum cete-
ris agere. Mirantur amici consili-
um hominis; nec enim unquam in
co nisi integratem & sanitatem men-
tis perspexerant. Quare quod saltē
poterant, hortabantur caveret, ne De-
um tentaret. Idem Pater, propin-
qui, affinis, uxor cum lachrymis con-
tendebant, obtestati familie sua mi-
sereretur. Sed frustra omnia. Cum
igicur

DE QUÆRENDA GLORIA DEI. 115

igitur de rebus suis domesticis dispo-
suisset & ultimum Vale omnibus di-
xisset, tertio die post ultrò se capien-
dum offert. Arcem itaque ingressus,
a præsidiariis ecquid sibi vellet inter-
rogatur? Venio huc, inquit, vocatus
a Magistratu, ut jussa illius capessam.
Ad præfectum igitur deductus gra-
viter se dolere ait, quod se tum ab-
scondidisset, cum a Domino ad com-
munem sortem cum Brullio ac reli-
quis captivis subeundam vocaretur.
Rem hanc tantum non cum stupore
percipit præfetus, ac admiratur homi-
nem adeo confidenter facti sui ratione
cora omnibus reddentem, qui in arce
erant. Et vix quisquam erat, qui
non optaret abesse eum isthinc & in
salvo constitutum cuperet. Quod
tamen in proposito persisteret & adeo
præsente animo esset, jubet præfetus
in carcerem duci. Ibi initio qui-
dem Bergbanus singularem præ se
ferre constantiam: At cum eum Caſa-
reus Commissarius in teteriore carce-
re conjectisset, & mortem, qua ex cogita-

816 DE QUAREND A GLORIA DEI
riposset, omnium crudelissimam in-
terminatus fuisset; tum verò miser va-
cillare, & paulatim à veritate rece-
dere, quò Monachos sibi conciliaret,
qui se gratiam ei imperaturos pro-
miserant. Ut verbo dicam, tan-
dem infelix homo eò delapsus est, ut
penitus veritatem abnegaret solā spē
minoris supplicij. Quare ex Imper-
atoris edicto capite Apostata mulctā-
tus fuit. Hæc aliaq; Vedelius l.c.
Theo-
baldus
in bello
Hussiti-
co p.m.

187.

CAPUT UNDECIMUM.

Oblatio voluntaria ad Martyrium absque
impulso Spiritus extraordinario tentat
Deum: est contraria exemplo Christi
de quo variæ Patrum adducuntur sen-
tentiae. Adducitur fuga Christi in
Ægyptum, que illustratur Patrum sen-
tentias & exemplis Elia, Pauli, Polycar-
pi, Athanasii, Doctorum quorundam in
persecutione Deianâ, Origenis, Cypri-
ani, Gregorii Thaumaturgi aliorumq; in
MAY

Martyrologio Romano existentium. Ad-
duntur ex Cypriano quædam de duplice
Martyrii specie. Agitur hic etiam de
modo declinandi Martyrium, emendi
pacem & securitatem per solutionem pe-
cuniae. Notantur Libellatici. Abne-
gatio quædam Christi est in silentio. No-
tatur Philippus. Redemptio pacis per
solutionem pecuniae quomodo facta o-
lim?

Certe quando prohibuit Spi-
ritus S. tentare Deum, prohi-
buit etiam nos ipsos voluntaria
oblatione ad Martyrium eum ten-
tare. Christum ipsum Salvatorem
nostrum novimus, qui inten-
sus supra se in Patris cælestis con-
silium & Passionis fructum, vo-
luntatem humanam cum omni
subjectione transformavit ad di-
vinam, intentum simpliciter cir-
ca se ad iratum Patris judicium,
instantem passionis actum ad cru-
ciatus & tormenta, ex affectu hu-
manæ infirmitatis impeccabili, Hebr. 2.
quem cum humanâ nostrâ natu- 17.18.

118 DE QUÆRENDA GLORIA DEI
rà induit, deprecatum esse mor-
tem, ut nos suo doceret exemplo
vitæ nostræ in periculis non teme-
rariè eligendis, sed prudenter de-
clinandis habendam esse ratio-
nem.

Iſidorus Pelusio-
tæ libr. 3.
Epift.
289 ad Eulogi-
um p.
m. 65.

Qvò & pertinent hæc Iſi-
dori Pelusiotæ verba: DEI verbum,
ut verè humanitatem induit, ita
verè omnia ea, quæ in hominem ca-
dunt, explevit. (μέντος οὐν αληθεία
τὴ τὸν ἐν θεῷ εἶπεν). Ad
hunc modum p̄fessionis quoque tem-
pore calicem deprecatur: binc il-
lud ostendens, periculis occuren-
dum non esse, verū cùm ingressi-
sumus ad ea excipienda, fortitudi-
nem ac tolerantiam adhibendam.
Etenim ipse crucem, cùm adhuc in-
eum compararetur, detrectabat (με-
τετάσσειν γὰρ τὴν σωματικὴν).
As̄t idem iudicis sententiâ cruce da-
mnatus eam tanquam victor hume-
ris tollens incedebat. Hæc Iſidor-
i. c. Notamus quoque hæc Cypri-
ani: Ne quisquam Vestrum, inquit,
pm. 225 ultrò se Gentilibus offerat; appre-

ben-

Cypria-
nius T. I.

Epift. 83
pm. 225

bensus enim & traditus loqui debet; Augu-
 Siquidem in nobis positus Dominus, sicut: in
 illa horâ loquatur, qui nos confiteri Brevi-
 magis voluit, quam profiteri. Au- eul. con-
 gressum: etiam scribit, eos, qui se tra Do-
 offerent persecutoribus non natissi:
 comprehensi, displicuisse Mensu collat. 3.
 rio, Chartaginensi scil. Præsuli, & c. 23.
 ab iis honorandis tum prohibui-
 se Christianos. Hæc ille. Non
 pugnat etiam cum Gloriâ DEI, ut
 quis, quando sentit turbinem per-
 secutionis oriri, fugam, si fieri pos-
 sit, capessat, cum mandatum ha- Matth.
 beamus ipsius Salvatoris dicentis: 10. v. 23.
 Cùm persequentur vos in istâ urbe, Cypria-
 fugite in aliam. Cypriani etiam de de lapsis
 Lapsis verba sunt: Qui cùm non p. m. 239.
 secederet cecidit, remansit negatu- Matth.
 rus. Exemplo suo Salvator ad- 2. v. 13
 versus Herodis minas & machina- conser.
 tiones in Ægyptum ex mandato Matth.
 fugiens fugam hanc confirmavit, Joh. 8.
 quæ non solum Auditoribus, sed & v. 59.
 Ecclesiæ Doctoribus in persecutio-
 ne singulari, quando copia haberit

120 DE QUÆRENDA GLORIA DEI

poteſt aliorum fidelium Ecclesiæ
Doctorum, consentiente Ecclesiâ

Lactan-
tius lib.
4 div:
inſtitut.
cap. 18.
p.m. 239

licita eſt. Chryſofōmūs Chriſti fu-
gam ita applicat: Si rerum refu-
gium fugit, auxilium omnium late-
scit, ſi formidat fortitudo cunctorū,
ſi ſe univerſorum defenſio non de-
fensat, quare humana vetatur fu-
ga, arguitur trepidatio, formido cul-
patur? Lictantius ait: Chriſtus

Augu-
ſtin. T. 2
ep. 8. 190
ad Ho-
moꝝ.
p.m. 272
lit. G.H.

ſeceffit, non ut vitaret, quod neceſſe e-
rat perpeti ac fuſtinere, ſed ut oſlen-
dere, quod ita fieri oportet in o-
mni perſecutione, ne ſuā quis culpa
incidiſſe videatur. Faciant, qvæ
eſt ex hâc Chriſti fugâ, formata ad-

Augu-
ſtin. T. 9
Tractat.
28. in
Joh. p.
m. 83.
lit. G.H.
Guido
Carme-
litæ in
Quatu-
or-uno
p. m.

monitio Auguſtini, ergo, faciant ſer-
vi Chriſti, miniſtri verbi & Sacra-
menti ejus, quod præcepit ſive permi-
ſit, imd quod fecit ipſe. Fugiant o-
mnino de civitate in civitatem, H
quando eorum quiſque ſpecialiter a
perſecutoribus queritur, ut ab aliis,
qui non ita requiruntur, non deſe-
natuer Ecclesia. Qvi & alibi elegan-
ter ait: Futurum erat, ut aliquis fa-
delis abſconderet ſe, ne à perſecuto-
ribus

DE QUERENDA GLORIA DEI 111
ribus inveniretur, & ne illi pro cri- 344.
mine objiceretur, latibulum præcessit Act. IX.
in capite, quod in membro confirma- 25. 2.
retur. Conferatur Guido Carme- Cor. II.
lita. Sic fugit ipse Propheta Elias, v. 35.
alias in periculis imperterritus, Euseb.
nec ardente Regis irati & impii libr. 4.
timens vultum. Pauli fuga describi- Hist. Ec-
tur à Lucâ in Actis, & ab ipso Paulo ples. c. 15.
in posteriori ad Corinthios episto- p. m. 55.
lâ. Fugam Polycarpi vide apud Eu- Socrat.
sebium, Athanasii, apud Socratem, lib. 2.
Theodoreum, Ruffinum. De Do- Eccl. c.
Elis in persecutione Severianâ se n. p. m.
subducentibus Alexandriâ, item 298
de Origene, cum Ethnicis supra- Theodo-
modum exosus esset redditus, Ale- ret lib.
xandriâ Cœsaream Palæstine sece- 2. c. 4.
dere coacto, ubi per biennium la- p. m.
titavit, vide Eusebium. In perse- 439.
cutione Decianâ Cyprianus ad tem- Ruffin.
pus se subducere coactus est, ut ex libr. 1 c.
aliquot epistolis, quas è secessu suo 18. p. m.
ad Clerum & Ecclesiam Carthagi- 243.
nensem dedit, appareat. Ipse etiam Euseb.
Gregorius Thaumaturgus non tan- libr. 6.
tum in solitudinem concessit, Hist. Ec-
H 5 sed cles. c. 3.
p. m. 87.
p. m. 88 & 30.
p. m. 95.

122 DE QUARENTA GLORIA DEI

Grego-
 riu Nys-
 senu in
 oratio-
 ne de
 Nyssenum. In Martyrologio Roma-
 vitâ Gre no etiam multa sunt annotata
 gariu exempla, qvæ videri ibi possunt
 Thau- in locis ad marginem citatis, con-
 natur- feratur Cyprianus, Gregorius Nazi-
 gi p. m. anzen; Toletus, Vedelius aliiq.; Non
 309. igitur Dei, non Ecclesie Spiritus fuit
 Marty- Montani Hæretici, qvem ad Monta-
 rolog. nistas deficiens secutus tandem est
 Rom. 18. Julii p: Tertullianus, fugam Christianorum
 in 437. in persecutione illicitam docen-
 438 2d^o tis, cùm & Gloria Nominis divini
 Augusti & Christianæ fortitudinis in fugâ
 p.m. 472 hâc appareat. Due namq; ut Cy-
 20. prianus egregiè docet, sunt Marty-
 p.m. 536. rii species. Primus est victoria ti-
 2. Sept. tulus, Gentilium manibus apprehen-
 p.m. 565 sum, dominum confiteri. Secundus
 566. 31. ad Gloriam gradus est, cautâ secessi-
 Octobr. one subtractum Domino reservari:
 p.m. 625 illa publica, hæc privata confessio est.
 20. Oct. Ille judicem seculi vincit, hic conten-
 p.m.
 648.
 649.

bus

DE QUÆRENDA GLORIA DEI 125

contentus DEO suo judice consciens
tiam purum cordis integritate custo- 22dō
dit. Illic fortitudo promptior, hic p.m. 654
sollicitudo securior. Ille appropin- 18. Ođ.
quante hora suājam maturus inven- p.m. 669
tus est, hic fortissē dilatus est, quia Cypri-
patrimonio derelicto idoneo secessit, an. epist.
quia non erat negaturus utiq. si fuif- 56. ad
set. Ipse detentus. Hæc Cypria- Thiba-
nus. Nec fugā tantum, absqve ritanos
læsione Gloriarvina, licuit semper, p.m. 125.
ex judicio veritatis, vitæ suæ adver- 126. Gre.
sus persecutores consulere, sed & Naz.
solutione pecuniæ certâ, qvâ pa- anz. O-
cem & quietem à persecutione & rat. i. in
cruciatibus emit olim Ecclesia Chri- Julianū
stiana. Non est meum, defendere Libellaticos p.m. 51.
alirosq.; qui vel Toleetus
redemptione libelli, in præjudi- in c. 20.
cium Christianæ religionis scri- Joh v.
pti, vel etiā in secreto negave- 19. p.m.
rant Christum, vel silentio præva- 308. 309.
ricatrice tempore confessionis di- Nicola-
scerant. Sunt certè tempore us Vede-
per- lius in
Pan-
céa Apo-
stasie
libr. 3.

cap. I. p.m. 433. seq. Cyprian: in libro de la-
phis p.m. 238. n. 1.

124 DE QUÆRENDA GLORIA DEI.

persecutionis *Diocletianæ* habitū
negatores *Christi*, qvi Gentilibus
eos non sacrificasse affirmantibus
atq; dimittentibus, qvamvis non
sacrificassent, abierunt, tacitè fe-
rentes eam contumeliam: Ast qvi
constanter Christum sunt confessi,
& vociferabantur se esse Christia-
nos, neq; se immolasse, neq; un-
qvam immolaturos, laudem con-
stantiæ merentur, qvâ de re vi-

Euseb.
libr. 8.
Hist.
Eccl. c. 3
p.m. 126.
*Caldo-
nius ad*
*Cypri-
an. E.*
pist. 19
p.m. 39.

dere licet in historiâ Ecclesiasticâ
Eusebium. Apud *Cyprianum* legitur
memorable mulieris *Christianæ*,
cui *Bona* nomen fuit, exemplum,
cujus manus impii tenentes sacri-
ficabant, qvibus illa contradicens
vociferabatur. *Non feci, vos fe-
cistis.* Ex qvo principio omnino
improbari debet *palearia Philip-
pi*, qvi in epistolâ ad *Christopho-
rum Carolovicium Cœsaris & Ele-
ctoris Mauritiæ Consiliarium in-
timum Anno 1548. tempore in-
terimistico scripsit: *Ego, cum de-
creverint Principes, etiam si quid
non probabo, sicuten nihil sedi-
tioſt**

DE QUARENDA GLORIA DEI 125

et iusti faciam: sed vel tacebo, vel di-
scendam, vel feram quicquid accidet.

Non fuit hæc decens cordati Theo-
logi tempore confessionis eden-

dæ scriptio. Taciturnitas, ut gra-
viter B. noster Balduinus de hisce

Philippi verbis iudicat, species est
abnegationis, discessus desertionis

Ecclesie: cui consona sunt hæc Amo-
brosii verba: Nec satis est involuta

responsio confitentis Iesum, sed a-
perta confessio: quid prodest verba

involvere, si videri vis denegasse?

confer Job. Forbesium à Corse. Lo-

quor autem extra confessionis ca-
sum, quo Christiani in confessio-

ne Christi constanter perseveran-
tes redemptione pacis & quietis

ab avaris Principibus factâ, pecu-
niæ suæ magis, quam vitæ volebant

facere jacturam. Ex Eusebio con-
stat, à Commodo Imperatore nul-

lam fuisse in Christianos excita-
tam persecutionem, sed etiam

Baldai-

nus in
respon-
sione ad

antithe-
ses Apo-
loget:

Pelargi

p.m. 17.

Job. For
bes. à
Corse

In-
struc^t.
Histor.

Theol.
libr. 12.

1ap. 1.

p.m.

628.
§. 17.

pæ-


Euseb. Hist. Eccles. libr. 5. cap. 21. p. m. 81.

126 DE QUÆRENDA GLORIA DEI.
pœnas in delatores ipsorum de-
cretas irrogatasq;; ita ut servus Ne-
bulo delator Apollonii cruris fra-
gio sit peremptus. Qvì factum
autem, ut Ecclesia Christi sub Com-
modo, qvi publico populi clamore
vocatus est Nerone crudelior, &
Domitiano impurior, pacem ob-
tinuerit: si qvis qværat? dixe-
rim ego, hoc tribuen dum esse
non Clementiæ & benignita-
ti, sed avaritiæ Commodi, qvippe
qvi, Lampridio teste, vendidit sup-
pliciorum diversitates & sepultu-
ras, qvod non dissimulat etiam
Tertullianus scribens: His tempo-
ribus, DEI Ecclesiam pacem redemis-
se, cùm Ecclesie tributum fisco pen-
derent, ut tutò agerent Christiani.
Consulatur Baronius in Martyro-
logio & Annalibus, nec non Jesui-
ta Lorinus. Sed hæc de primâ
qvæstione dixisse sufficient.

Baronius in notis ad Martyrolog. Roman.
18. April. p. m. 239. Tom. 2. Aunal. ad ann.
200. n. 14. ad ann. 253. n. 30. Lorinus cap.
17. Act. Apostol. v. 9. p. m. 520. & in cap.
24. Act. Apostol. v. 26. p. m. 665.

DE QUAREND A GLORI
sioſi faciam: ſed vel taceſi
ſcedam, vel feram quicquid
Non fuit hæc decens coro-
logi tempore confefſio-
dæ ſcriptio. Taciturnus
viter B. noster Balduinus
Philippi verbiſ iudicat,
abnegationis, diſceſſus
Eccleſia: cui conſonā ſur-
broſii verba: Nec ſatis eſt
reponſio conſidentis Ieſu
perfa confefſio: quid pro-
involvere, ſi videri viſ
confer Job. Forbesum à
qvor autem extra con-
ſum, qvo Christiani in
ne Christi conſtanter p-
tes redempſione pacis
ab avaris Principibus fa-
niæ ſuæ magis, qvām vi-
facere jacturam. Ex a-
ſtat, à Commodo Imper-
iam fuiffe in Christiani-
tam perſecutionem,

Euseb. Hist. Eccles. libr. 5. c. 4.



the scale towards document